



ANNUENTE DEO T. O. MAXIMO:

Authoritate atque suffragio

Incltyti Jctorum in Illustri ac Flo-

rentissima ad SALAM Univerfirate Collegii:

MODERATORE

Nobiliffimò, Ampliffimò, Confultiffimò, Excellentiffimò

DN. ADRIANO BEIERO,

J. U. D. fanigeratiffimo,

Patronò, Præceptore atque Hospite fuò, fmgularis obfervantiæ
cultu perpetim devenerandò

PERICULUM LEGALE ACADEMICUM

DE

INJURIIS

minimè

INJURIOSUM

*Placida Eruditorum difquifitioni
fubmittit & exponit*

DAVID GERBER, LAUBA LUS.

A U T O R.

Ad diem Augufti

Locò horifque confuetis,

ANNO CHRISTI MDC LXVI.

J E N Æ,

Literis Johannis Jacobi Bauhofferi.

INSTITUTIONES
D. N. ADRIANO BIFFRO

PERICULUM IN DALE ACADEMICUM

IN IURIS

INBRIOSUM

DAVID GURBER, TABULARIS

IN IURIS

INSTITUTIONES





I. N. J.



VT multis, iisque præclaris virtutibus ac prærogativis divinò beneficiò omnes reliquas creaturas animatas pariter ac inanimatas antecellit homo, ita plurimis atque iis detestandis vitiis propriâ culpâ semetipsum infra bestias abjicit idem, adeò ut vitiis atque flagitiis deterior sit ipsis bestiis irrationalibus. Hæ enim instinctum naturæ sequuntur, ubi ferociam, crudelitatem aliaque sibi quasi insita & innata exercent, nec moderari eadem possunt, rationis regimine destituta. Homo verò quem rationis usurectò sibi similem voluit esse Deus, affectus ad prava inclinantes ac ferocientes per virtutum habitus compescere & in officio continere facillimè posset, nisi extremâ ac pertinaci malitiâ ad id sæpè adigeret seipsum, ut affectibus obediens, ipsis brutis brutè se reddat deterior. Brutorum quidem feritas ac venenatus morsus non se suumque sexum, sed alienum petunt; Leonis crudelitas leoni non est pernitiôsa; serpentis venenum serpenti non est noxium: at certè homini non tantùm conringit ex homine injuria, sed sæpe ex cognato, unde credebatur amor sincerus, ex Magistratu, unde credebatur auxilium, ex Collegis unde vera & innocua amicitia debebat proficisci. Sic homo humanitatem exuens brutam ferocitatem induit. Ut verò à brutâ illâ in proximum suum crudelitate revocaretur homo, ad humani-

tatis conditionem per sacratissimas Constitutiones ac Le-
ges injuriam alteri inferendam certis iisque facto propor-
tionatis pœnis prohibuit Sacratissimus Imperator, ut pe-
tulantia hominum coërceri, & fama cujusque illoesa con-
servari posset. Tanta enim est famæ dignitas ut non mi-
nor ejus quàm vitæ ratio sit habenda, imò cujus amissio
longè gravior quàm omnium bonorum *l. 10. §. ff. d. pen.*
l. 46. ff. de quis omi. ff. caus. l. 9. ff. d. manum. vind. & potius
quis mortem quàm amissionem honoris sustinere posse
cenſeatur arg. l. 8. §. 2. ff. quod met. caus. Gail. lib. 1. Obs. to. n. 2.
item. 2. O. 100. n. 5. 6. 7. Tiraquell. d. Nobilitat. c. 20. n. 63.
Quare ut sacratæ illæ contra injurias & pro famâ per inju-
rias loesâ vindicandâ leges mihi redderentur notiores, &
earum scientiam ad Exercitationes forenses eò commodi-
us referre aliquando cum DEO mihi liceret, non sine gra-
vi causâ detritissimâ hâc injuriarum materiâ, neglecto ra-
riori themate dissertationem ex LL. Legumque Interpre-
tibus optimis, quantum per ordinaria (ad quæ novercâ
fortuna me vix passa est reverti) studia hõc tempore licuit,
conscribere ac publicæ ventilationi exponere, non eâ in-
tentione ut orbi Erudito hujus scripti beneficiò innotescerem,
sed quasi testimonium Academicum, quod à veris
Advocatis requiritur, teste Magni. Carpz. *ad p. 1. Cons. Elect.*
r. d. 18. relinquerem, animum induxi meum. Quoniam
verò tum demum universa benè & feliciter geruntur, si
principium fiat decens & amabile Deo *Nov. 6. in pr.* Idcir-
cò Te, Trinune DEUS, in cujus nómine ad omnes actus. om-
niaque consilia nostra progrediendum *l. 2. C. d. off. Praef.*
Praef. Afr. intimis animi suspiriis imploro, ut menti & lin-
guæ radium gratiæ divinæ impertiri digneris, quò in TUI
nominis gloriam dextrè eruere valeam veritatem in pro-
fundo latitantem.

CAP.

Vocis Injuriae Synonymia & Distinctionibus.

§. I. Injuriarum nomen ut ut singulari non careat numero, frequentius tamen in plurali usurpatur, eò fortè, quòd animus concitatus ac vindictæ cupidus unius atque alterius injuriæ illatione vix acquiescat atque sedetur, non secus ac mare ventis commotum undas undis accumulatur, donec sensim deferbescat. Injuriæ autem h. l. non in sensu latiori, quò omne quod non jure fit, injuria, germ. **Unrecht** / dici potest: nec in speciali, quò damnum rei familiari illatum, nobis **Schaden/Unfug** / significatur; sed inter hos mediò quodam intellectu accipimus, quò existimatio alicui debita eidem negatur, isque maledictis proscinditur, alio nomine calumnia, diffamatio dicenda. Vernaculà nostrà **Schändung/Schmäbung/Lasterung** ut ipsi delinquentes, **Ehrenschänder** / item **Ehrendiebe**: cum non minùs existimationem atque fures rem familiarum lædant. Societas nimirum civilis, ut eò commodius beatitudo desiderata obtineatur, non bona solùm inter cives distribuit, verùm etiam certò quemlibet loco atque ordine pro conditione sua constitutum esse voluit, quò non indignior aliis suæ conditionis concivibus habeatur, idque existimatio cujusque videri ac dici potest; sive conceptus, in quo fit apud alios, dum de eo vel absente cogitant aut loquuntur, vel præsentem tractant, alloquuntur ac collocant: unde & fama sive rumor appellatur, ac cuius in civitate ab aliis tanquam Jus aliquod debetur, ab ipso urgeri atque violatum defendi & vindicari potest. Et qui

dem quantum honos atque fama præstat reliquo Patrimo-
nio, & quanto gravior solet esse viris honestis jactura ex-
istimationis, ut vitâ quàm honore carere malint, tantò a-
trocius crimen hoc ipso furto esse videtur, & viro cor-
dato planè indignum eam tollerare inultam, ne scilicet in-
simulati criminis ipsemet se reum arguere videatur.

§. II. Equidem generosus equus non curat latratum ca-
num; & christiana mansuendo ab omni comotione atque ul-
tione est aliena, sed privatâ scilicet remerariâ & illegitimâ:
Unde & Illustres Personæ aliâs ac per Procuratores illatas
vindicare injurias ab ipsis *Imp. l. 25, C. d. Procur. cui add. l.
f. C. d. Injur. prohibentur*: quasi supra omnem calumniam
positi, in existimatione nullam pati queant jacturam, ac
solum Magistratui alterius petulantiam committant co-
ercendam. Et certè existimatio non est bonum privato-
rum commercio ac permutationi obnoxium, sed publicè
vel tribuitur vel adimitur. Unde nec metus infamiae à pri-
vato illatus in Jure sufficiens habetur *l. 7. pr. ff. q. m. c.* Nec
cautè satis actor in libello affirmaverit: honoris suo per re-
um aliquid esse detractum; sed de conatu concipiendus,
Bekl. habe sich unterstanden so viel an ihm / Kl. an sei-
nem ehrl. Nahmen und gutten Reimund zufränden.
Equidem non ut contractus quatuor modis: Re, verbis,
literis & consensu *§. f. 7. d. Obl.* ita & delicta ineuntur, sed
omnia unius generis sunt & ex re ipsa nascuntur, i. e. ex
maleficio, veluti ex furto, rapina, damno, &c.

§. III. Verùm injuriæ in Reales & verbales juxta §. I. *J. b.*
Dd. dividuntur, à modis scilicet delinquendi, quòd vel voces
contumeliosæ in aliquem proferantur, vel ipso fa-
cto in alterius contumeliam quid committatur;
Nec tertiam speciem famosus libellus constituit, sed ver-
balibus

balibus accensendus ; Nec propter factum scripturæ ad reales referendus , cùm re, an scripturâ verba consent, parum interesse videatur : quàmvis propter durationem atrocius delictum reddat, quia litera dicta perit, litera scripta manet. Deinde à qualitate injuriæ aliæ atrociores, aliæ leviores dicuntur §. 9. *J. b.* perinde ut furtum aliud simplex aliud qualificatum *l. 1. & 2. de effract. P. H. D. art. 156. 160. 161.* & homicidium aliud vulgare, aliud paricidium est §. 6. *J. d. Publ. Jud.* Atrox autem injuria æstimatur vel ex ipso facto, vel persona faciente aut patiente, vel loco externo ac remotiori, vel propinquo, sive membro vulnerato. *juxt. d. §. 9. J. h. n. t.*

CAP. II.

De

Causis Injurix Externis.

SI Quod ad causas hujus delicti attinet, ordine progrediemur, initium facturi à causa efficiente : quemadmodum autem nemo aliàs quàm delinquens hinc asserri potest, qui ipse calumnias evomit : Ita Jus ipsum, quod cujuslibet famam salubribus constitutionibus de non lædendo communivit, excludi minimè potest, quoniam actum quidem materialiter consideratum, calumniator exercuit, formale tamen, & ut peccaminosus habeatur, ex lege est, sicuti & suspecti tutoris crimen ex XII. Tabb. II. esse dicitur *pr. Inst. d. suspect. tut.* quòd modos eum arguendi exhibeat. Antè enim quàm lex quid vetet, discrimen in factis existit nullum ; statim verò atque lex suâ determinatione formam actibus præscribit, diversitas inter legales & illegitimos oritur ; ut adeò ipsam legem peccati causam efficientem, in sano sensu, prædicare haud vereamur. Perinde ut ipsum Jus quoque improbos esse, non morali-

moraliter, sed juridicè, dicitur jubere, §. 6. *Inst. d. Testam. ordin.* non scil. per operationem, sed declarativè, ut in prodigis, qui quamdiu tales nondum sunt à Pratore declarati, quantumvis dilapident bona sua, liberè cum aliis contrahunt; unicò tamen momentò elapsò, & solà declaratione tales efficiuntur, nempe quoad effectum juris tales in conversatione civili haberi & sic tractari jubentur, prout moribus seipfos exhibent.

§. II. Leges autem afferimus (1) omnium aliarum fontem L. XII. tabb. (2) Pratoris Edictum *juxta* §. 7. *J. h. sed* & (3) L. Cornelia de Injuriis loquitur §. 8. *cod.* (4) Mores, quibus Palinodia, nec non retorsio introducta Magn. Dn. Struv. *J. C. p. t. Decanus Patronus & Præceptor meus summo observantia cultu prosequendus. Ex. XLVIII. ch. 60.* (5) Constitutiones Imperii v. g. *P. H. D. art. 110. & Imperii Principium v. g. Const. Elect. Saxon. 43. & 44. p. 4.*

§. III. Scopus denique atque intentio delinquentis, quantum quidem in ipso, est læsio & imminutio, aut plenaria detractio sive totalis ruina existimationis proximi sui. Quod consilium, ut malignum, ita horrendum est. Videndum itaque in quem affectus adeò detestandus cadat: quod continget, quando de subjecto hujus delicti tractabitur.

CAP. III.

De

Causis Injuriam internis.

§. I. Sequitur enim ut causas hujus delicti internas quoque examinemus, materialem & formalem. Illam considerabimus subjectivè & objectivè. Subjectum sicut personæ agentes & patientes, lædens & læsus: quos in Processu Advocati technicis terminis Injuriat & Injuriat exprimerent solent.

§. II.

S. II. Personæ variè dividi possunt. In circulo natu-
ræ reperimus (1) Sexum Masculinum & fœmininum, qui
posterior ob vires animi imbecilliores & offendi atque
concitari potest facilius, & ad convitiandum est proclivi-
or, adeò ut Proverbii locò dici consueverit, gladium fœ-
minas in ore gestare: quasi scilicet inermes quidem sint de
cœtero, sed satis mordaces atque dicaces. Posito itaque
sexui huic pluscula in Jure nostro competere Privilegia, de
quibus vid. Magn. D. Carpz. *Tr. d. Jur. fœmin. sing.* adeò ut
& Jus quibusdam casibus ignorare permittatur *l. f. C. d.*
Jur. & fact. ign. l. 33. §. 2. ff. ad L. Jul. d. Adult. l. 1. circ. fin.
ff. d. Eden. l. 2. in f. ff. d. jur. fisci, à crimine tamen hoc ex-
ceptas esse, cum & doli capaces sint, non repereris. (2)
ratione ætatis alii sunt majores, alii minores: iique vel
puberes vel impuberes: & hi quidem, si doli capaces sint,
prope scilicet pubertatem constituti, & malitia ætatem sup-
pleat, delictum hoc committere posse Ulpianus *in l. 3. §. 1.*
ff. h. n. r. innuere videtur, quando restrictivè loquitur, Impu-
bes, qui doli capax non est: ut à contrario sensu colli-
gere liceat, dari quosdam impuberes doli capaces: con-
firmat me idem Ulpianus, dum *in l. 5. §. 2. v. sed est infans*
ff. ad l. Aquil. h. m. pergit: Quòd si impubes id fecerit, La-
beo ait, quia furti tenetur, teneri & Aquiliam eum: & hoc
puto verum, si sit jam injuriæ capax. (3) Ratione sanitatis
alii furiosi, alii sanæ mentis sunt: Hi, non illi injuriam in-
ferre possunt *d. l. 3. §. 1. ff. h. n. r.* quàmvis pati dicantur. (4)
Ratione numeri & unus & plures personæ inferre injuriam
possunt, adeò, ut tot delicta & injurias esse, quot fuerunt
calumniatores, statuat Gajus *in l. 34. in f. ff. h.* quòd scilicet
quilibet sine alterius adminiculo delictum adimplere poterit,
adeoque plures concurrerint, non ut manûs junge-
rent in opere singulis impossibili, sed ut accumulando in-

B

urias

jurias delictum multiplicarent. (3) Invenimus quemlibet vel ipsum corpore suo & personaliter ac principaliter operantem; vel per alios, idque vel positivè, jubendo: vel negativè, connivendo, ac cum possit, deberetque, non prohibendo: Uterque autem delinquit, ille dirigendo, instruendo, corrumpendo, aliorumque facilitate abutendo; Hic autem exequendo, Ille moraliter, hic naturaliter *vid. l. 11. §. 3. & 4. ff. b. n. t. sive servo suo vid. l. 7. §. 5. ff. Arb. furt. casf. sive filio suo d. l. 11. §. 5. ff. b. n. t. mandaverit.*

§. III. In circulo Juris gentium invenimus liberos & servos. Cum servus injuriam facit, maleficium eum admittere palam est. *l. 17. §. 4. ff. b. n. t. utut aliàs ad contrahendum & standum in judicio dicatur incapax.* Delicta quippe ad naturæ forum pertinent, ubi servilis conditio est incognita, sed promiscuè omnes tractantur. Liberos autem injuriam facere posse, aliunde Collegium Juris Argent. *in h. n. t. ab. §. n. 2.* quàm ex *l. 22. ff. b. n. t. probare debebat* (2) Magistratus & subditos. Magistratus sive sit major sive minor, ut municipalis, quando limites justitiæ aut potestatis suæ egreditur, injuriam juxta effatum Vlpiani *in l. 32. ff. b. n. t. c. l. 29. §. 7. ff. ad l. Aquil.* inferre dicitur. Dum enim & ii homines sunt, affectibusque humanis, gratiæ, odio, iræ, invidiæ, avaritiæ subjacent, non potest non evenire quin potestate suâ multoties abutantur, atque sub officii prætextu alios premant, debitumque jus negent. Quoties enim, ut ex innumeris factis hoc unum producam in exemplum, processus inquisitorius non dicam ex levissimis suspicionibus, sed & iis quæ gravioribus præsumptionibus sunt elisæ, contra personas honoratioris, quorum famæ atque existimationi, parcendum erat, nullò gradu observatò, instinctu acerbisimorum inimicorum instituitur, Jctorum Collegia,
ad

ad meram eorum diffamationem & invidiam consuluntur, actis vel impertinentia infarciuntur, vel necessaria eximuntur: defensio vel denegatur, vel serius ac terminò indultò fermè elapsò sententiam illam interlocutoriam quàm defensio concedebatur publicando: (nam & si quis literas signet, resignet, celet, injuriam infert, Wesenb. parat. ff. h. n. r. n. 7.) defendendi ansa subtrahitur. Re nondum planè perspectà, nec causà dum cognità è Senatu, aliove officio remouentur planè immeriti. vid. Harprecht. p. 2. disp. 18. thes. 27. inf. milleque alix artes, de quibus Christianus Advocatus ægerrimè cogitat, scire tamen ut evitet atque avertat, juxta ipsam Jurisprudentiæ definitionem, ibi: **Justi atque injusti scientia: tenetur, à Judiciorum moderato-**ribus adhibentur, quibus jura debita partim negant, partim molestiis indebitis innocuos afficiunt.

§. IV. Denique Jure Civili invenimus (1) dominos & servos. De illis dubium non est, injuriam inferre posse, ut adeò non fuerit opus, in C. J. A. ad h. n. r. th. §. n. 9. huc allegari l. 15. §. 42. ff. h. n. r. quippe ubi non dicitur, quòd Dominus facere aut non facere injuriam possit; sed si quis de servo meo quæstionem habuerit, modumque excesserit, injuriarum mihi teneatur, quantumvis jussu meò torserit: quia rem ipsam a me habuit, non rei modum. De cætero Dominus ipse proprio servo non jure civ. injuriam inferre dicitur, quippe quo nulla existimatio iis debetur §. 3. J. h. n. r. sed benè tamen Jure naturali negando ea quæ natura iis vult tribui; prout Imp. in §. f. verb. famem vel intolerabilem injuriam. Inst. de his qui sui vel al. jur. statuit. Servi autem vel aliis scil. extraneis, vel ipsis Dominis injuriam inferunt; sive spontè, sive Domini jussu hoc faciant l. 17. §. 7. ff. h. n. r. Extraneis tam servis quàm liberis per l. 18. §. 1. ff. h. n. r. Dominus aut usufructuarius saltem est, & ci-

dem quoque à seruo injuria inferri dicitur, nec expropter
quod usumfr. in eo habeat, deterioris conditionis quam si
non haberet, esse debet *l. 17. §. 9. ff. h. aut plenus*: & qui-
dem vel solus vel cum socio, condomino; & injuriam
committi, sed injuriarum actionem neutro casu dari puta-
mus, propter *d. l. 17. §. 8. inf. ff. n. r.* (2) Patronos & li-
bertos. His illi nec inferre semper injuriam, nec promi-
scuè injuriarum actione teneri, notat Ulpian. *in l. 11. §. 7. ff.
h. n. r. l. 2. ff. d. Obseq. Parent. & Patr.* (3) Parentes & li-
beros, sive Patresfam. & filiosfam. Nam filii partim ad-
huc in sacris tenentur, partim emancipati sunt. De utris-
que admodum eleganter Ulpian. *in l. 7. §. 2. ff. h. n. r.* ait: Si
quis ex liberis, qui non in potestate, cum Parente velit ex-
periri, non temerè, (ergò præsupponit tamen injuriam à
Patre filio inferri posse) Actio injuriarum danda est, etiam
si per Procuratorem litigent *d. l. 2. ff. d. Obseq. nisi atrocitas
suaserit*: Certè his, qui sunt in potestate, prorsus nec com-
petit, etiam si atrox fuerit: scil. propter identitatem per-
sonarum, quia Pater & filius familiae vinculo copulati pro
eadem personà habentur, *l. f. C. d. impub. & alii substitut.
l. 22. C. d. agric. censu. & colon.* Idem autem secum ipso liti-
gare non potest. Idem ergò erit si filius Patri injuriam in-
ferat: potest enim privatim eum castigare. Extraneo au-
tem per filium injuriam inferri, quin & contra Patrem le-
gitimè vindicari posse, Julianus Author est, *in l. 36. ff. h. n.
r.* (4) Ratione vitæ generis, quod in Republ. quilibet profi-
tetur, aliis injuriam inferre potest, eò contra illos abu-
tendo, & adversus eorum existimationem retorquendo,
dum scil. v. g. pictores & sculptores in odium aliorum sta-
tuas, imaginesvè conficiunt *v. §. 1. f. h. n. r.* Quid, si quis
Astrologus vel qui aliquam illicitam divinationem pollicen-
tur consultus aliquem furem dixisset, als den begehrt
Dieb

Dieb angegeben / qui non erat, utrum injuriam committit? Equidem injuriarum conveniendum negat, sed constitutionibus tamen teneri Gajus in l. 15. §. 13. ff. h. n. r. ait.

§. V. Notandum igitur, quosdam injuriam committere, nec tamen injuriarum actione teneri, ut sunt Parentes & Patroni; alios non committere planè injuriam, qui scilicet doli aut capaces non sunt, aut cum sint, argui tamen non possunt. Incapaces autem vel planè negativè tales sunt, nec dolus unquam de iis prædicari potest, ut bruta animantia l. 1. ff. si quadr. paup. sec. cum affectu faciendæ injuriæ, aut immuniendæ existimationis careant, unde Proverbium ortum: Quid si me asinus calcitret? vel ob impedimentum aliquod dolus non habet locum, ut (1) in furiosis, qui sive pulsent sive convitium dicant, nec realem nec verbalem injuriam fecisse videntur l. 3. §. 1. ff. h. (2) Infantibus & infantia proximis, d. l. 3. §. 1. (3) dormientibus, quia furiosis & infantibus ab Innocentio IV. Pontif. in cap. majores, 3. §. item queritur. X. d. Baptism. & ejus effectu, & à Clemente V. Pontif. in Clem. un. d. Homic. volunt. æquiparantur, add. Excell. D. Præsid. in sua de Prosoplepsia, Disput. inaug. Adj. V. n. 27. & seqq. (4) Ebriis in summo gradu constitutis; per eandem Pontificis auctoritatem & rationem add. l. un. C. si quis imp. maledix. l. 6. §. 7. ff. d. remittit. & Dn. Præsid. d. Adj. V. n. 16. & seqq. Quod limitant, nisi culpa præcesserit casum, arg. l. 27. §. 9. & 33. ff. ad l. Aquil. quod, si ita intellexeris, quasi imputandum sit ipsis quod inebriati fuerint, naturam accusare videberis, quod non robustiores hos sicuti alios, produxerit; nam unus plus altero potare potest. & alius alio citius inebriatur; quod non malitiæ animi; sed imbecillitati corporis tribuendum: Sin verò ita, ut qui sciebat quid capiant intestina, quid ferre reculent, occasionem tamen potandi non evitavit, cum

posset, secus erit: sed adhuc dubitatur, Annon pœnitentiã post crapulam emendare delictum possit? Dn. Schnob. *diff. π. XXIV. cb. 8.* à dolo sic eum excusat, per *c. inebriarunt XV. q. l. l. xi. §. pen. ff. d. pœn.* ut eum ab irato distinguat. **Quare Qr.** (§) de iratis, utrum injuriam inferant, dum in calore iracundiæ convitiis aliquem proscindunt? Quidam, si sedatã irã ipsum pœniteat ejus, quod ex ira protulit absque dolo id dixisse, adeo q; injuriam non commisisse, statuunt, per *l. xi. §. 2. in f. d. pœn. l. 48. ff. d. R. J. l. 2.* ibi: seu calore *C. d. abolit. Wesenb. π. d. pœn. n. 10.* Harprecht. *n. 2. diff. 18. cb. 24.* quod facilius dicitur, cum adversarius rixã motã causam dedit convitio; unde & ad declarationem & amicabilem compositionem facilius admittitur. De cætero autem idem Dn. Schnob. *XXIV. 27. in f.* pœnitentiã crimen extingui negat, per *l. 56. ff. d. furt. l. 5. ff. d. fin. bon. rapt. l. 3. C. de Apost. & in specie quod irarum attinet, allegat in suam sententiam Jultum Clarum *lib. 5. sentent. §. injuria. n. 16. & §. fin. q. XVI. n. 5.* Gail. *lib. 2. O. 106. n. 8. & seqq.* qui tamen (quod ex meo addo) sententiam suam limitat *Lib. 2. O. 110. n. 35.**

§. VI. Mihi ita distinguendum videtur, quòd de delicto aut constet esse commissum, aut de eò arguendo adhuc laboretur. Priori casu subdistinguitur, quòd si status personæ offensæ seu rei læsæ solã pœnitentiã salvari queat, & crimen aboleri concederem; secus si contrã. Posteriori casu distinctionem inter ebrietatem & iracundiam admittendam opinamur, ut in illa dolum abfuisse vel adfuisse, non aliter, quàm ex pœnitentia possit argui: quòd si enim superatã crapulã recorderetur delicti cum gloria-tione & complacentia, præsentia doli colligi poteris: Sin verò non recorderetur, vel cum dolore & pœnitentia, doli non esse arguendum credimus. In iratis autem dolum adfuisse ex verbis injuriosis, gestibus, aliisque a-

nimi

nimi commoti signis arguatur. Differentiæ rationem à Dn. Præside edoctus, pono vitiorum diversitatem: quòd ebrietas ab imbecillitate corporis, quam emendare non sit nostræ potestatis, dependeat; cum ipse Salvator dixerit: augere corpus ejusque vires non esse curæ ac sollicitudinis humanæ: neque in Republ. impentur augendarum corporis virium artes; Iracundia verò sit vitium animi, cujus exasciandi & pollicendi ergò tam privatim & in Scholis à prima juventute instituendos cives curant, quam publicè postmodum præmiis demulcent & pœnis coercent Legumlatores; Poterat ergò, quin debebat quilibet affectibus suis imperare, virtutibus animum imbuere, vitiisque exuere, à convitiis abstinere, sibi illata, tolerare, & legitime postea vindicare.

§. VII. Aliqui, cum doli capaces sint, non facile tamen injuriarum arguuntur; quòd singularis affectio & ratio officii eos excuset & præsumtionem magis informandi & corrigendi quàm infamandi inducat. Uti præter supra enumeratos Patronos & Parentes sunt (i) Magistri & Præceptores, qui moderatè castigando injuriam inferre non dicuntur *l. 5. §. fin. l. 6. ff. ad L. Aquil. l. un. C. d. Emendat. propinq. l. 13. §. 4. ff. locat. l. 3. C. d. patr. pot.* Quemadmodum enim equus interdum freni attractione, virgulæ sonò, atque calcaribus admonendus & excitandus ne cespitet, ita juvenis nò quandoque minas atque castigationes Informator adhibeat, attentionis obliviscitur & cogitationibus alienis indulget, Præceptore interim surdo fabulas narrante, unde & Magn. D. Carpz. *L. 2. Jurispr. Confst. def. 412. n. 13.* ait: in Professoribus & literatis hominibus injuriandi animum non præsumi. Quòd si tamen modum excedat, injuriam omninò facit *l. 7. §. 2. 3. l. 11. §. 7. ff. l. 6. C. h. n. r.* Multorties enim

es enim domi irritati in discipulos sæviunt suæque scho-
lasticâ tyrannide abutuntur Orbilii. (2) Pastores sive
Concionatores. Nam si concionator vitia quorundam
taxaverit paulò apertius, aut nulla injuria erit, aut cer-
te actio & processus denegandus *per d. l. 13. §. 4. ff. loc. fac.
l. 15. §. 13. ff. h. arg. Esa. I. VIII. 1. Ezech. 33. 7. & 8. it. 1. Tim. V.*
ibi que Dn. Hunnius & D. Osiander. Est enim minister
& concionator sibi commissi gregis Pater, ac plus quàm
naturalis: Hic enim curat vitam liberorum caducam
& fragilem: Ille verò sollicitus de auditorum suorum
vitâ ac salute æterna; & hac ratione non videtur injuri-
am facere Harprecht. *v. 2. disp. 18. th. 26. & ad §. 1. J. d.
injur. n. 31. seqq.* Quòd si tamen ex affectibus privatis
ad speciem nimis declinent & absque antegressis admo-
nitionum gradibus in personam aliquam invehantur,
vel nominatim vel per colores vivos depingant, quod
scandalum magis Ecclesiæ præbet quàm amovet, secus
erit, ac non solum delictum commissum, sed & actio
ac processus obtinebit, vid. prolixè Magn. D. Carpz. *l. 3.
Jurispr. Const. d. 98.* Item si affectibus indulgentes ma-
ledicentiâ suâ existimationem & famam aliorum lacera-
re non erubescunt, neque Auditores suos leviusculi &
vago rumore imputati criminis insimulatos à cœnâ, e-
amque præcedentis confessionis peccatorum actu re-
movere verentur, nihil sanè in causa erit, quominus a-
ctio injuriarum pulsentur *arg. l. 32. ff. h. t. D. Hahn. in
Obs. n. 4. h. t. Reinking. d. Regim. sec. & Eccles. lib. 3. class. 2.
c. 2. n. 8. Recc. Imp. anno 1530. Augusta condit. §. 5.* Und hat
ben wir &c. ibi: daß die Prediger das Evangelium nach
Auslegung der Heil. Schrift und Lehrer von der Heil.
gemeinen Christlichen Kirchen approbiret und ange-
nommen predigen und lehren / und was disputirliche
Sachen

Sachen sich dasselbe zum predigen und lehren / darzu
stumpffrens / schmähens und lästerns enthalten *n. 7. zu*
Speit. d. anno 1542. §. damit aber Dn. Carpz. Jurispr. consil.
Lib. 3. tit. 9. defn. 98. n. 11. Reconciliationem tamen & ami-
cabilem compositionem prius tentandam, & in qualita-
tem præsens injuriæ, omnesque circumstantias diligenter
inquirendum esse, antequàm processus decernatur, mini-
sterii dignitas & officii jubeat ratio Magn. Carpz. d. tit. 9. d.
99. Utrum verò ad tribunal seculare trahendus? Ob ein
Prediger seiner Strafpredigten halber vor weltlichen
Gerichten zu antworten schuldig sey? vid. Dedeken. 1. consil.
p. 2. sect. 3. n. 6. & seqq. (3) Si Medicus consultus ab aliquo de
valetudine cujusdam, responderit: Eum leprâ vel morbô
gallie infectum esse, erraverit tamen, arg. l. 15. §. 13. ff. h.
1. n. à crimine excusatur, Harprecht. d. disp. 18. tit. 26. lit. B. vers.
unde non absurdè. (4) Denique si maritus uxorem, ut ad
frugem redigeret, verberibus exceperit l. 5. §. f. ad l. Aquil.
add. Dn. Carpz. d. d. 99. num. 6. ubi plures allegat, delictum
non præsumitur; multùm enim refert, ab extraneo, an
propinquo quid inferatur: ratio enim sanguinis tollit su-
spicionem lædendi, uti eleganter tradit Gail 2. Obs. 106. n. 6.

CAP. IV.

De
Subjecti & Personis tam

læsis quàm lædenti.

S. I. Quoniam delinquens, in hoc crim.^{is.} alterius existi-
mationem infringere satagit, factum proaret, pro
Objecto eum habere honorem atque famam propriam sui,
& quidem sic tractandam, ut vel imminuat vel plane ad
Postquàm autem nemo sibi ipsi quid attribuere potest, ita
in Republ. per distributivam justiciam cuilibet id, quod illi
compe-

competere, Legislatori visum est, tanquam aliquod debi-
tum, assignatur; sequitur, nullatenus id ei invidendum aut
eripiendum, ac contra temerarios aggressores licite defen-
dendum atque vindicandum. Attribuunt autem Legum-
latores jura atque existimationes juxta statum naturalem &
civilem. Priori modo considerantur Nativitas, Sexus,
Gentilitas, ætas, sanitas, puritas, veritas, castitas & simi-
les respectus. Hinc si quis (1) vel legitime natum, vel cer-
te legitimum nuncupaverit spurium sive bastardum, illius
tamen privilegii non ignarus, injuriarum tenetur, ut con-
sultit Decius, quem allegat Harprecht. *d. disp. 18. th. 9. lit.*
B. & ad §. 1. f. h. r. n. 54. 56. Pariter qui (2) Hermaphro-
ditum, & sic juribus marium indignum nominet eum qui
talis non est: si (3) senium alicui exprobraret, *Et sey eitt*
alter etc. aut si (4) Judæum quendam & usurarium dixeris:
quod vel naturaliter & proprie intelligitur, tanquam ex Ju-
dæo genitus sit id quod rufis aliquando accidit; vel mora-
liter, *Et lausse mit dem Judenspieß.* Porro qui (5) ad-
versam valetudinem convitiandi animo objicit, vel mor-
bum contagiosum falso imputat: Si quis aliquem claudum,
cæcum, surdum vel gibbosum nominaverit Harpr. *disp. 18.*
13. d. Qui enim claudum dicit claudum, innocentem pla-
ne diffamat, ac naturam potius accusat: cum Reipublicæ non
expediat manifestari id, quod alioquin in *prædulo* est.
It. (6) qui puritatem atque decorem corporis aut vesti-
mentorum meorum fimi aut luræ peritione commaculat;
aut deformitatem meam *geusque* imitetur, os distorque-
at, faciem deformet: (7) quis alterum mentiri dicat,
circa eam rem *quæ* non prodest & nemini obest, veluti
historiam *antem*, vel referentem nova *l. 10. §. 27. h. r.*
conditione inutili, quæ in præsens & præteritum
illata est *tempus §. 6. f. d. v. o.* verba injuriosa proferat:
veluti, si Titius ebrum me fuisse affirmavit: vel si hoc di-
cis:

cis, fur & nequam es &c. Bocer. *class. 4. diff. 7. th. 28. lit. D.*
aut si quis verum crimen objicienti dicat: Tu mentiris, Id.
Bocer. *th. 30. lit. D. in f.* etsi præfatio honoris addatur
vid. Gail. *2. O. 101. n. 1.* quod tamen secus est, quando quis
injuriousè provocatus injurianti respondet Mentiris. Igno-
scendum enim est ei qui voluit se ulcisci provocatus *l. 14. §.*
7. ff. d. aqu. pluvi. arc. vid. C. l. 4. h. n. r. th. 5. n. 17. Si etiam
(8) scortum aut adulteram dixerit: si appellaverit aliquam
honestè incedentem, tanquam meretricem *l. 15 §. 15. ff. h.*
Sed quid si objectum crimen verum sit? Anne convitii ve-
ritas ab actione injuriarum excusabit? Equidem variè re-
spondent, prout infra pluribus ostendemus: quia tamen ad
crimen hoc probandum & aliquem convincendum non
tam ad criminis veritatem vel falsitatem, quam ejus ani-
mum, annon diffamandi proximi sui causâ dixerit, respec-
tus habetur, nullatenus excusari putamus: quia, ubi ve-
rum crimen erat, legitimè, alio tempore, loco, modò &
affectu revelare debebat *per rexx. l. 5. C. d. injur. arg. l. un.*
C. d. famos. libell. Gail. lib. 2. O. 159. Magn. Carpz. 2. Resp. 61.
et 2. pr. crim. q. 86. num. 67.

§. II. Posteriori, nempe civili respectu, con-
siderantur officia atque munia civilia, quòd aliquis sit
honoratior, privilegiatus, exemptus, studiosus, Nobilis
Magistratus, Concinator &c. Quare si (1) quis li-
berum hominem tanquam servum torturæ subjiciat,
quia Jus & existimationem à Jure tributam adimere sata-
git, injuriarum tenebitur. Sic (2) Injuriarum actione
Jus præcedentiæ vindicari, refert Jacob Godofr. *d. jur. præc.*
protheor. th. 4. lit. B. neque obstat hic *l. 13. §. 4. ff. h. n. r.* ex
qua Coll. Jur. Arg. extricare se non potuit, si conferas *th.*
IV. n. 37. cum th. 12. n. 7. Nos enim cum Cordubensi *in l. si*
quis à liberis 5. in princ. num. 30. 31. 32. ff. d. Agnosc. et al. lib.
distinguiamus in honorem alicui adhuc in futurum & nunc

primùm decernendam; & eum in eius possessione quis jam tum est constitutus. Nam si cùm in curia ageretur de honorando per statum fortè, viro de Republ. benè merito, quis sententiã suã intercedat, votòque suò in contrarium eat, tunc juxta opp. l. 13. §. 4. ff. b. non competit adversus eum actio injuriarum. Aliud verò, quando quis prohibet honorem præstari ei qui est in possessione illius. Qui (3) præceptum de pace servanda negligit, Judicem vel Magistratum ejusvè Ministros verbis offenderit, pœnis in injuriosos statutis plectetur, secundum Const. Elect. 43. p. 4. Viceversã, si Magistratus citra suum officium iniquè aliquem lædat, veluti alicui convitium dicat, aut in carcerem conjiciat, injuria erit l. 32. h. t. l. 29. §. 7. ad l. Aquil. Ut ut enim subditus Magistratui subjectus sit, certò tamen respectu hoc contingit, adeoque & ipsi suus respectus non infringendus. Dum enim Magistratus subditum non tractat ut subditum, agrè non ferat si subditus eum non consideret ut Magistratum. Si (4) Concionatoribus & Ecclesiæ Ministris sacra tractantibus in Ecclesia quis contradicat, vel eos injuriis proscindat, arbitrarie punietur. Magn. D. Carpz. Pr. Crim. p. 1. q. 44. n. 51. Sin Sacerdoti in ipso Sacerdotio, dum dignitatis habitum & ornamenta præferret, atrox injuria facta sit, ad capitalem procedi potest pœnam v. l. 4. C. h. t. l. 10. C. d. Episc. & Cler. Magnif. Carpz. Jurispr. Const. l. 3. d. 95. Denique quia judicio quis vel absolvitur vel condemnatur; Injuria (5) erit, si absolutus tanquam condemnatus tractetur, & v. g. tanquam excommunicatum & bannitum vitaverit quis; prout scribit Jul. Clarus Lib. 1. senr. §. Injuria n. i. inf.

CAP. V.

De

Forma.

SI EX

SI **E**x dictis manifestum est, criminantes atque Injuri-
antes pro objecto habere non rem familiarem, sed
famam & existimationem proximi, & quidem sic, ut
eam imminuant vel extinguant. Quoniam tamen & is qui
famofam in judicio instituit actionem, ejusdem esse vide-
tur intentionis, v. g. si alterum actione furti, doli, mandati
directi & sim. conveniat, & tamen injuriarum argui ne-
quit, nec pro crimine hoc ipsi imputatur. cum, ut dictum
cap. preced. animus spectetur, ideo formale hujus delicti
considerandum nunc venit, quod est vel cum aliis delictis
commune & sic generale, nimirum dolus sive animi ma-
lignitas: quod enim cumque modo injuria fiat, non potest
vocari injuria, nisi & animus injuriæ sive contumeliæ infe-
rendæ adsit *l. 3. §. 1. ff. h. vel huic delicto proprium, impu-
gnatio scil. & commaculatio existimationis proximi.*
Quod tamen cum grano salis accipiendum velim, videlicet
non effectivè, realiter & per implementum, quasi de-
linquens potuerit quicquam dignitati cujusquam detrahe-
re, sed intentionaliter, quod quantum in eo fuerit, co-
natus sit illud effectui dare. Sed inquires, adeone in hoc de-
lictò etiam conatus est punibilis? qui tamen non nisi in
atrocioribus, ut læsæ Majestatis & sim. criminibus vindi-
candus videtur. Verùm enim verò, conatum propriè di-
cimus intentionem internam delinquendi, sine actu exter-
no, adeoque nudam potentiam. ubi delinquens ipsemet
non adhibuit omnia delicti requisita, sed ex penitentie
maturè abstinuit. Quòd si verò quantum in ipso fuit, per-
egit, nec tamen intentatum assequi potuit effectum, co-
natus amplius dici non meretur, sed verum ac perfectum
delictum. Sic quando Titius Mœvium sub appellatione

adulteri, vel venefici diffamavit quantumvis mendaciis suis cum efficere talem, adeoque in rei veritate de ipsius fama & existimatione quicquam detrahere non potuit; quia infamia saltem est consequens illorum sicut & aliorum criminum, ita ut cessante antecedente cesset & consequens; In eo tamen Titius non est innocens, quod ubi furem efficere aliquem non potuit formaliter & naturaliter, ei tamen similem quoad effectum infamiae & sic civiliter reddere voluit. Dum itaque duo hic concurrunt, (1) delictum furti & ejus consequens infamia à parte ejus qui vel deliquit vel deliquisse dicitur, & (2) applicatio infamiae ad delinquentem à parte legislatoris & reliquorum concivium: sequitur, quod licet diffamans in applicatione non consequatur finem, nec famosum alterum effecerit, non tamen hoc ex sua benignitate est, qui quantum in se fuit, nihil horum, quae ad diffamationem aliorum requiruntur, omisit, sed ex incapacitate sive inhabilitate subjecti, ad quod applicatio non potuit quadrare, quia reverà fur non erat; Er. nequaquam nudus est conatus à parte delinquentis: nec omne quod exitu caret & scopum non consequitur, conatus dicens. Notandum tamen, quod si quis atrocem injuriam conatus sit inferre, utilis sit injuriarum actio *v. l. 7. §. 7. l. 15. §. 1. b. Treutl. v. 2. d. 30. rh. 5. lit. D.*

§. II. Forma externa hujus delicti consistit in modis inferendae injuriae, cum ea, vel re fiat, vel verbis. Reales itaque injuria dicendae, quoties aliis modis quam verbis existimatio nostra attentatur, factis scilicet & gestibus laedendo aut corpus nostrum animumve, vel alicujus è nostratibus, vel certè extranei ad nostram invidiam, aut nostram existimationem quoad dona vel animi vel fortunae.

§. III. Læsio corporis nostri contingit, quoties (1) manus inferuntur *l. 1. §. 1. b.* sive vulnera inde nascantur sive secus:

secus: nil enim ad ipsam injuriæ actionem attinet, vulnera
& damnum reale secutum non fuisse, nam hoc secuto A-
quilia insuper competet; hoc verò non secuto, injuria
nihilominus fuit & contemptus. Quin & (2) Si adver-
sus aliquem manus levatæ sint & sæpè territus fuerit quasi
vapulaturus *l. 15. §. 1. b.* Si porro (3) quis mentem ali-
cujus medicamento aliove quo (puta poculo amatorio) a-
lienaverit, *d. l. 15. pr. b. l. 38. §. 5. d. pæn.* ibique Godofr.
add. l. 6. C. d. Mathem. Nov. Leon. 31. l. 3. §. 2. ad l. Cornel. d.
ficar. Item si (4) quis impudicum aliquem (marem aut
foeminam; ingenuum an libertinum; aut certè servum *l.*
9. §. f. h. §. 1. f. cod.) efficere attentaverit, *l. 19. h. l.* sermo-
ne aut blanditiis *l. 15. §. 19. & seqq. h. l.* sive assentatione &
frequentiori comitatu; quia enim ex familiaritate facilè
abusus vel certè apud alios suspicio oriri potest *d. l. 15. §. 22.*
ibique Gothofr. malè profectò agit, qui tacitè alium fre-
quenter sequitur *add. §. 1. Inst. cod.* Imò si (5) turpidus quis
utatur verbis in præsentia alterius, etsi ejus non attentet
pudicitiam, *d. l. 15. §. 21.* verecundari enim in conspectu
aliorum decebat; & contemptus est, si quis non faciat:
Erubescit enim animus purus ad auditum verbi obscæni, &
circumstantes continuo se invicem adspiciunt, observatu-
ri ex gestibus vel displicentiam vel assensum aliorum, per-
versè judicaturi de iis, qui risu tale quid excipiunt. Et
quàmvis perversa ac depravata etiam sit natura humana,
parum tamen ex se habet, sed pleraque ex auditu aliorum
& prava conversatione, quod germanus exprimit hõse
Gesellschaftten verderben gutte Sitten; quare si quis ob-
scænis verbis actualiter non corrumpat audientem, suspe-
ctum tamen eum reddit, quasi lubens id audierit. Eadem
suspicio ex solitudine oritur, unde Romani suis comites
addere solebant: Qui sive (6) per vim, sive per suasioni-
bus

bus abducti essent *l. 15. §. 18. h. r. fac. l. 5. §. 2. Ne quis eum*
l. 4. ff. ad l. Corn. d. scar. ibique Gothofr. & *ad l. 11. §. 6. h.*
r. in publico privatove; *l. 1. §. 2. h. d. l. 15. §. 15. seq. eod.* li-
ber an servus; mas an foemina, injuria erat. Quorsum re-
fer illud Terentii: solus cum sola. Et si fortè (7) cadaveri
defuncti fiat injuria, cui heredes bonorumvè possessores
existimus, injuriarum nostrò nomine habemus actionem
l. 1. §. 4. & 6. h. r. Sed quid si (8) statua Patristui in monu-
mento posita, saxo cæsa sit: sepulchrine violati: idquod in
l. 5. C. d. sepulchr. viol. & l. 2. ff. eod. statui videtur: an verò
injuriarum competet actio? posterius placet *l. 27. & 37. ff.*
h. r. quia aliud ipsum sepulchrum est, aliud statuæ in sepul-
chro positæ: Aliud statuam evellere, & ita integritatem
sepulchri violare; aliud saxo petere, quo non tam viola-
tur religio, quàm honor. Ulterius & servorum nostro-
rum corpora animique læsi causam huic præbent actioni.
Nam, si (9) de servo injussu Domini, aut jussu unius, non
omnium quæstio habita sit præter modum per tormenta,
malamque mansionem, *l. 15. §. 34. 41. 42. & l. 17. ff. h. n. r.*
l. 7. ff. d. furt. add. l. 5. §. f. ad l. Aquil. Si (10) quis servum
(vel etiam filium) alicujus ludibrio habuerit, cum in po-
pinam, licet consentientem, duxerit, vel cum eò alea luse-
rit, atque sic corrupit, quoties adest injuriandi animus, ac-
tio hæc nascetur *l. 26. ff. h. n. r.* Si denique (11) quis con-
tumeliæ & vexationis causâ familiam corrumpat, servas
stupret, non ex lege Julia; sed juxta legis Aquil. etiam in-
juriarum actio competit, *per eleg. l. 6. pr. ff. ad L. Jul. d. Ad-*
dult. l. 25. ff. d. Injur.

§. III. Nec solum per personas, sed & in rebus aliis
dominio nostro subjectis & circa bona fortunæ nobis inju-
ria inferitur, quoties quis vel quasi nihil horum possidea-
mus, nos trahet, vel jura in ius competentia exercere pro-
hibeat.

habeat. Sic si (1) quis me tanquam debitorem suum, cum nihil ipsi debeam, appellaverit. *l. 15. §. 33. ff. h. n. t. §. 1. Inst. cod. bona mea vel rem meam possederit, vel occupaverit §. 1. Inst. & l. 15. §. 31. ff. h. t. aut si (2) creditor, cui paratus sum solvere, per injuriam meam fidejussores meos interpellaverit *l. 19. b.* Aut (3) cum abessem, domum meam propria auctoritate signaverit. *l. 20. ff. h. n. t. pignusve (4) proscripterit venditurus, tanquam à me acceperit l. 15. §. 32. b.* Si (5) re meâ quis uti me non permittat, v. g. servum meum proprium distrahere prohibeat *l. 24. b.* Si uvam legere, lectamve calcare, mustum evchere aut rem quamlibet meam tollere prohibeat. *l. 25. d. ad. empr.* Si personam vel bona ad me pertinentia iniq; & nullò jure detineat vel arrestaverit, *arg. l. 31. ff. d. Reb. auth. jud. poss. l. 15. §. 31. h. l. p. C. qui bon. ced. poss.* Quin & si quis in publicum lavare, vel in cavea publica sedere, vel in alio loco agere, sedere, conversari me non patiarur *l. 15. §. f. h.* Si piscari in mari, vel everriculum sive sagenam ducere, in sylvis aliisque locis ubi libera est venatio, venari, *l. 13. §. 7. h. l. 2. §. 9. in f. Ne quid in loc. publ. §. 2. J. d. R. D. l. 11. C. d. servit.* Si quis ante prætorium meum piscari vel aucupari me prohibeat *d. l. 13. §. f.* Imò si (6) in possessione vel quasi dolò malò me turbet, uti supra de præcedentia dixi. Si cui domus sua quam inhabitat, sive propria sive aliena, vi introita sit *§. 8. J. & l. 5. §. 2. ff. h. n. t.* Sed et si furti faciendi causâ sit introita *l. 21. §. 7. d. furt.* Cum enim ante contrætationem fur nondum sit, nec tamen toleranda sit injusta hæc invasio, aliâ eum teneri actione oportet. Si in villam, hortum atque fundum qui inhabitabatur *l. 5. §. 3. & 4. h. si in meritaria vel stabula impetus factus sit. d. l. 5. §. 5.**

§. IV. Sed & gestibus nostra existimatio loeditur, v. g.

D Si

Si (1) quis in alterius despectionem & ignominiam linguam exerat, oculos distorqueat, faciem deformet, (2) si barbam demittat, capillos submittat sive non rondeat, veste squalidâ & lugubri utatur *l. 15. §. 27. l. 39. ff. h. t.* Liebat quippe cognatis eorum qui rei publico iudicio postulabantur in signum mœroris, & ne inviti ad dicendum contra eos testimonium egerentur, ejusmodi habitû uti: quare multoties ad aliorum invidiam tanquam rei essent, alii ejusmodi habitum assumebant: vid. eleg. Cujac. VI. *obs. 5.* Unde & si (3) ad invidiam alterius, tanquam potentiam ejus iniquam metuat, statum Imperatoris præ se ferat, vel ad statuam Imperatoris confugiat ejus diffamandi causâ, injuriarum tenebitur *l. 38. ff. h. t. conf. l. 5. ff. d. extraord. crim. & l. 28. §. 7. ff. d. pœn.* (4) Si quis in honorem alterius quid fieri non patitur *l. 13. §. 4. h. t.*

§. V. Verbis porro injuria infertur, tam ore prolatis quàm scripto conceptis, dum scilicet non solum debita jura denegantur, ac v. g. Si (1) quis homines liberos infamandi causâ dixerit servos *l. 9. C. h. t. l. 11. §. f. l. 12. ff. eod. l. 31. C. de liberal. caus.* sed & indebita tribuuntur. Unde & si cui (2) mala ac diras imprecemur, ut v. g. furcâ suspendatur, rota imponatur, peste vel epilepsiâ corripiatur. Licet enim fama & existimatio alicujus per hæc verba non valde lædatur aut minuat, Sunt tamen contra bonos mores, & ad invidiam vel infamiam alterius proferuntur *arg. l. 15. §. 5.* quia (3) si jura debita tribuat, sed ironice atque per sarcasum, negatio potius est, atque sic injuriæ species v. g. Si dixerit: Tu es vir honestus, scilicet. Id quod ex ipsa prolatione, tono vocum & emphasi prononciationis, colligitur. Verba enim accipienda sunt ut proferuntur. Unde si quis de absente dicat: Ille vel ille vir bonus est, aut eximius

Advo-

Advocatus: Peritus Medicus &c. perinde erit. Ulteri-
us licet (4) de iis quæ in rei veritate ita sunt, aliquem
diffamet, gibbosum aliquem, cæcum &c. nominando;
si crimen de quo legitimam retulit pœnam *l. 5. C. h. r.* vel
Principis gratiam condonationemve meruit, *arg. l. f. §.*
f. C. de sent. pass. & rest. l. 2. C. d. bon. vac. l. 98. §. 8. vers. neq;
admissum est ff. de solut. & liber. Gail. l. 2. de pac. publ. c. 19.
vel quod per torturam purgavit, alicui quis objecerit,
injuria erit. Harpr. Disp. XVIII. th. 9. Si (5) testis proban-
di criminis causâ productus, sciens & injuriandi animo
falsum perhibeat testimonium Harpr. *ad §. 1. J. h. r.* Pe-
culiare (6) ex jure feudali est, quod si Vasallus à judice
testimonii perhibendi causâ citatus, omisâ exceptione
& excusatione contra Dominum de crimine quod ple-
nè probatum non est, dixerit testimonium *per T. 33. §. 1.*
verb. similiter. 2. F. & l. 4. ff. de testibus injuriam com-
mittat. Sed quid si (7) contra testem excipiat de cri-
mine aliquo, quod maleficus aut quod spurius sit: an in-
juria erit? Erit, si non probetur. Clarus *§. f. 9. 5. n. 4.*

§. VI. Quoniam autem verba tam dicuntur quàm
scribuntur, ideo & si scripserit quis supra enumerata,
sive ad amicum, sive in instrumento quodam publico,
ac producto ut vocant judiciali, perinde erit. Scribun-
tur autem modo expresso, modo suppresso auctoris no-
mine; & modo id saltim agitur, ut qualibet ratione fa-
ma alterius quid detrahatur, modo atrox crimen alicui
imputetur. Inde discrimen ortum inter simplicem in-
juriam scriptam & libellum famosum. De vera tamen
differentiæ ratione inter Dd. certatur & adhuc sub judi-
ce lis est. Sigismund. Finkelthaus] Crus Lips. in qua-
dam Disp. publicâ d. 26. Sept. 1622. Resp. Sigismundò
Frieder. Sulzberger super hâc materia quæstionem

quartam sic proposuit: An sit famosus libellus si author nomen suum proprium & cognomen in eò explicat? ac postmodum cum observationum librum ederet, Anno 1636. observationem 38. ita inscripsit: Famosus libellus an sit? Si quis nomen suum in eo exprimat aut subscribat? ubi negativam constanter tuetur. Rationes ejus ibidem legi poterunt. Nobis in præsens cum Magn. Dn. Struv. affirmativam tueri placet: qui in *Syntagm. Jur. Civ. Ex. XLVIII.* non solum th. 65. in definitione famosi libelli nominis expressionem. suppressionemve tacite præterit. inquit: Famosus libellus est injuria, quæ alicui quid ad infamiam ejus pertinens, seu notabile crimen scripto (aut aliò singulari modo) objicitur. Sed & th. seq. 66. exsertim ait: An verò expressò an tectò nomine fiat, nihil interesse putamus *arg. l. 5. §. 9. b. Ord. Polit. de Anno 1577. tit. 35. §.* Nun sehen verb. Es habe der Author seinen Nahmen darunter gesetzt oder nicht. *Joach. quoque Schnobelius,* quando in *Disp. Pand. XXIV. th. II.* ita distinctè loquitur: libellus famosus, si dissimulatò aut fictò authoris nomine edatur &c. hòc ipsò videtur libellos famosos duplices efficere, quorum alii habeant verum nomen infamantis. Alii non habeant. Ita ut specifica ejus ratio, & à scripta injuria simplici differentia non si quærenda in nomine authoris, sed in natura contumeliæ ipsius. Ita ut injuria scripta sit contumelia absq; infamiæ nota: Libellus verò famosus contumelia infamans. add. *Wesemb. π. de injur. n. 19.* ubi Dn. Hahn. *et vol. 1. Conf. 22. n. 45.* Magn. Dn. Brunnem. *ad l. un. C. d. Famof. libell.* Treutl. *vol. 2. D. 30. th. 5. inf.* Nec obstat quod *Finkelth. d. 1. n. 17.* regerit: Nihil in *d. Recess. Imp. 1577.* de famoso libello dici, sed tantum interdici, ne libri ad alterius infamiam scripti imprimantur, utut nomen Authoris

horis sit adjectum. Nam, ubi librum ad alterius infamiam scriptum imprimi, venalemque haberi prohibetur, ibi oportet famosum libellum quoque exaudiri & subintelligi. Ratio, quia de definitione libelli famosi est, ut sit scriptus ad alterius infamiam, sive liber sit sive libellus; adeoque sub genere prohibito prohibita quoque omnes species: nam majus & minus non variant speciem. His fundamentis etiam in Urbe Brunsvicensi ad judicia criminalia Domini Deputati contra Oldekoppum, in sua deductione sive informatione juris & facti utuntur: Nam utut Hic objiciat: ex contextu & circumscriptione facile de authore scripti constare, adeoque non suppressum fuisse Authorem: tamen apud ipsum Magn. Dn. Carpz. à nobis dissentientem, *pr. Crim. q. 98. n. 34.* præjudicium contra eum inveniri potest, ad Joh. Andr. & Mich. Greiffenau in Meissen Mens. Jan. 1597. à Scab. Lips. h. m. conceptum: *Ob nun wohl H. B. in solcher Schrift was vor unterschiedliche Aemter an ein gewissen Orbt ihm ufgetragen / und von ihm verrichtet werden / angezogen / daraus man Nachrichtung nehmen können / wer der der Author sey / Er auch selbst hernachmahls sich darzu bekandt: Die weil Er aber dennoch damahls / als dieselbige ausgesprenget worden / sich mit seinem Taufnamd Zunahmen nicht unterschrieben / so ist solche Schrift für eine rechte famos und Schandschrift zu achten etc.* Reus itaque libelli famosi sit (1) qui carmen, historiam, epigramma ad alterius infamiam componit, fingit, excogitat, chartas jungit, *S. 1. J. l. 5. §. 9. l. 15. §. 27. ff. h. l. 21. ff. d. Testib. l. un. C. d. Fam. lib.* (2) qui alio dictante scribit, *l. 6. ff. ad L. Pomp. d. Paricid. d. l. 5. §. 9. & l. 15. §. 29. ff. & d. S. 1. J. h. n. r.* & sic quoque qui typis imprimit. (3) qui edit, vulgat, publice proponit & affigit aut cantat (4)

qui revelat, aliis legendum præbet, atque sic inven-
tum manifestat: debebat enim suppressere & corrup-
pere; nec refert, quòd simul authorem demonstrat, ju-
xta quosdam, (5) qui emit, sibi comparat, emendum
vendendumque curat: *l. 15. §. 10. h.* (6) si aliud quid sine
scripturâ in notam aliorum produxerit, quòd pertinet
(1) pictura famosa: Ord. Pol. Caroli V. 1548. tit. von
Schmähschriften/ Gemälden und Gemächts. adeoque
(2) sculpsitile & fusorium opus dict. Ord. Pol. §. ferner ses-
gen ibi: gemahlt geschnitze / gegossen oder gemacht / deni-
que (7) quicumque supradictorum aliquid fieri curaverit,
Modos hos omnes ea propter adeò prolixè sum profecu-
tus, ut sciat, quàm variè offendi queamus, & quòd non
detur fermè casus, quo quis sine juris auxilio contra o-
mnes offensiones sit relictus, in tantum, ut vel injuria-
rum actio competat.

§. VII. Porro, si non ad formam & modum, certè
ad qualitatem injuriarum pertinet, quòd vel sint atro-
ces vel vulgares. Illas cognoscimus (1) ex re sive facto
ipso, veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus
cæsus. §. 9. J. & l. 7. §. 8. ff. h. r. It. si honestiori personæ
vestimenta scissa sint, vel comes abductus, vel convici-
um dictum *l. 9. pr. §. 1. ff. eod.* Ex magnitudine quoq; vul-
neris atrocior habetur injuria *per l. 8. h.* Ex scripto quoq;
injuria habetur atrocior, non solum si famosus sit libel-
lus, sed quævis scripta, quia litera dista perit, litera scrip-
ta manet. *v. l. 5. §. 9. f. 9. ff. h. r.* (2) Ex persona sive patiente sive
inferente: ut si ab humili persona patiatur Magistratus,
Senator, Patronus aut Parens à liberto vel filio *d. l. 7. §. 8.*
& §. 9. J. h. Item si servus intulerit, atrocior habetur
injuria quàm si liber fecisset. *l. 17. §. 3. h.* & in genere se-
cundùm gradum dignitatis vitæque honestatis crescit,
minu-

minuiturve æstimatio §. 7. *f. h. vers. nam secundum.* in
tantum, ut idem circa servos læsos observetur, ma-
jorque sit in servo auctore quam vel mediastino, vel
compedibus victo *d. §. 7. f. & l. 15. §. 44. ff. h. n. r.*
Item si plures fecerint, atrocior erit injuria quam si ab
uno *l. 34. h. (3)* si vulnus inflictum sit, locus vulneris sive
membrum affectum auget injuriam; veluti si quis in o-
culo percussus fuerit *§. 9. f. & l. 8. ff. h. r.* Si quis barbam
vel crinem alicujus expliaverit: quæ injuria in Jure
feudorum adeo habetur atrox, ut reus læso 10. libras,
Judici autem viginti persolvere debeat. *2. F. 27. vel si
quis aliquem. (4)* Locus quoque externus, & tempus
quoque attenduntur, veluti si cui in theatro, in foro,
in curia, in aula Principis; in conspectu Prætoris, pu-
blicè coram multitudine injuria facta sit *d. §. 9. f. & d. l.
7. §. 8. ff. h. r.* Hæc autem scire propterea refert, quia ad
æstimationem faciendam conducit.

Et hætenus de crimine cognoscendo dicta suffici-
ant, transeamus ad vindicationem; in quo puncto usus
hujus materia consistit.

CAP. VI.

De

Retorsione & Amicabili

compositione.

§. I. Obligatur lædens ex hoc facto suo perinde ut ex
contractu aliquo ad satis læso faciendum, fa-
mamque restaurandam. Quamvis enim reverà nihil de-
trahere potuerit, quia tamen quantum in se fuit, id fa-
cere satagit, ideò taliter resarcire, qualiter læsit, tene-
tur. Certè enim in causa fuit, ut Auditores suspicaren-
tur, vera fuisse, quæ læso, si is acquiesceret, imputavit.
Ita autem satis officio suo faceret, si eum facti poenite-
ret,

ret, atque conciliationem quaereret, læsumque vel per
deputatos vel in persona conveniret, deprecaretur;
quem vituperavit, laudaret, atque sic, quod ademit, ex-
istimationem restitueret. Id quod pietas Christiana
quoque exigit: Cum tamen optanda magis quam spe-
randa sit spontanea atque voluntaria satisfactio, plerum-
que onus istud in læsum redundat ut lædentem conve-
nire atque satisfactionem urgere teneatur, ac si priva-
tim non obtineat, mediante Judicis autoritate extor-
queat. Dividemus itaque vindictam in privatam & pu-
blicam. Aliqui enim hoc agunt, ut audita convitia mox
in proferentem retorqueant, unde & huic actui nomen
retorsionis accessit. De quo meritò, an licitus sit? du-
bites: Cum virum Christianum aut certè quemvis cor-
datum ita confestim moveri vix deceat. Unde & B. Dn.
Ungep. quondam in hâc Salanâ Ordinarius Splendidissi-
mus ac P. P. meritisissimus, in suarum Exercit. Justinian.
XIII. q. ult. in Nego. Negat, si sit verbalis injuria, et-
iam ad sui defensionem retorquendo quem eam repelle-
re licere, per rationes ibi adductas, quas brevitatis cau-
sâ non transcribimus.

§. II. Nos in præsens cum Magn. Dn. Struv. Ex.
XLVIII. 61. & 62. eam admittimus certis limitibus inclu-
sam. Adeoque distinguimus retorsionem in legitimam,
quæ est injuriæ verbalis in ipsomet injuriantem legiti-
ma propulsatio, honoris sui defendendi gratiâ in conti-
nenti facta, per l. 3. ff. d. 7. & 7. l. 14. §. 6. ff. d. bon. libert.
quæ fit, quando in juriôsò criminis objecti convitiò læ-
sus illud idem sic in conviciantem reflectit, ut ille vel
solus vel secum sit, huic reverà obnoxius: quomodo
Ulpian. d. l. 14. §. 6. de Patroni filio à liberto Majestatis
accusato dicit: quòd ab eo (liberto) petitus, scil. ille fi-
lius

Ius, retorfit in eum sc. libertum crimina! Et impropriam
sive illegitimam potius, quæ est recriminatio, quâ læsus
convitiatore m alius similibus sive veris sive falsis crimi-
nibus proscindit ac remaledicit: de quâ accipimus dicta à
prælaud. Ungepl. add Magn. Dn. Struv. in suo Tr. d. vind. priv.
eg. disp. Inaugural. Pfaleri de Retorsione injuriarum sub e-
jus præsidio habita. Aliqui verò divinum Magistratûs of-
ficium exactè secum perpendentes, injuriarum vindicias
subscipere privatas reculant, & Magistratum vindicem
expetunt & prudenter & legibus divinis humanisq. con-
formiter. Hinc de processu, quò in talibus uti Magistrat-
us prudens tenetur, pauca quædam monere, rerum ne-
cessus omninò suadet.

§. III. In genere autem notandum, ordinarium
atque solennem processum in his & similibus difficulter
admodum concedi: ne animi irâ jam accensi in apertam
inimicitia horrendâ Deo, omnibusque bonis invisâ
flamam & processûs diurnitatem ab amore proximi
verâque religionis curâ retrahantur; mandatur legibus
Judici, ut ante judicii processum amicabilem tentet com-
positionem & privatam animorum exacerbatorum re-
conciliationem, Gail. l. 2. d. P. P. c. 19. n. 9. Hartm. Hartm.
rit. 1 Obs. 4. Schnob. Ex. ad ff. 2. th. ult. Nov. 124. c. 4. celer-
ritæ enim expeditionis causa est; propterea Judex in eâ
studium suum eò dirigere debet, ut citò lis finiatur &
rancor animorum supprimatur, jubente *Sereniss. Saxon.*
Electore in Ordin. Process. jud. Tit. 1. §. besonders aber wollen
wir etc. vers. damit nicht leichtlichen und ohn unterscheid
die zwischen den Partheien entstandene Irrung zu för-
derst in inurten Sachen in weitleufigen rechtlichen Pro-
cess gewiesen etc. Si vers. in laudabili privata reconci-
liatio-

liationis & amicabile compositionis conatu, actum se agere viderit Judex, legitimum juris admittat processum, ut propria culpa singuli quod sibi met ipsis accersiverunt damnum experiantur. Nec opus esset mentionem facere amicabile compositionis, quam cuiusvis prudenti Judici & sana ratio & christiana charitas dicitur, nisi vitio corruptissimi seculi si sæpè invenirentur Judices, qui, nescio quò genio incitati, tantum abest, ut privato reconciliationis tentamine homines à se disidentes conjungere & conciliare tentent, ut potius cæcà quidvis faciendi aliosque exagitandi libidine animos disidentium magis magisque separent exasperentque, nec amicabilem compositionem tentando, nec processum legitimum permittendo, sed terminum iudicii differendo, de competentia fori inutiliter & malitiosè disputando, ut pars lædens ad acriores læsiones magis inflammetur, & læsa pars magis commoveatur ad iras aliosque affectus illicitos, qui certissimi mortis sunt advocatores. Verùm istiusmodi *μισοδικωτοι*, supinis ferisque moribus dediti Judices, si non Dei vindictam vererentur, certè tamen legum Imperialium sanctitatem revereri, & partes disidentes ad amicabilem reconciliationem compellere deberent, ut ita Deo verus cultus, Legibus sanctum obsequium & tranquillitati publicæ augmentum praestaretur.

CAP. VII.

De

Processu.

§. I. Pergendum itaque ad ipsum Iudicium: In quò considerandæ personæ tam iudicantes quàm litigantes: & media sive iura quibus litigantes invicem utuntur:

tuntur : Actor nim. Actionibus, Reus Exceptionibus :
ac denique forma sive modus procedendi. Judicem
quod attinet, debet is competens esse. Ante omnia igitur
de foro & iudice competente agendum. Quot mo-
dis forum sortiamur, aliunde constat: Et dubium sanè
non est, quin reus in foro domicilii actione injuriarum
conventus, ibidem stare teneatur: quia id forum com-
mune est, & cum reliquis omnibus concurrat, non mo-
dò in contractibus, sed & in delictis. At, num etiam in
loco, quo injuriæ fuerant evomitæ, licet domicilium ibi-
dem non habeat, reus conveniri queat? dubitatum fuit.
Quòd reus in loco delicti, etiamsi ab eo sit absens, fo-
rum sortiatur, docet Magn. Dn. Carpz. *pr. Crim. p. 3. q. 110.*
n. 45. & seqq. Sed quia in injuriis duo loca concurrere
possunt, nempe unus ubi epistola injuriosa fuit scripta,
alter, ubi fuit recepta, meritò dabites utriusque forum
constituatur? Matth. Berlich. *part. 2. decis. 181. Facultatem*
Jurid. Lips. Mens. Septembr. 1627. in causa Hansen Tun-
stelnus respondisse refert, Reum actione injuriarum con-
veniri posse eo in loco quo injurias evomit, etiamsi a-
libi habeat domicilium. Contrarium tamen non solùm
in Scabinatu receptum, sed & in supremo Appellatio-
num iudicio decisum fuisse, refert idem Magn. Dn. Carpz.
L. 2. Elect. Resp. 26. n. 18. Reum scilicet qui alibi domici-
lium habet, in loco, quo injurias evomit, si non ibi
reperiatur, injuriarum conveniri haud posse: quia deli-
cta privata, quale quid & sunt injuriæ, æquiparantur
contractibus, in quibus tamen locus celebrati contra-
ctus non attenditur, nisi quis ibi reperiatur ut ei possit
citatio insinuari. add. ejusd. *Process. T. 3. art. 2. §. 4. n. 58.*
Quid si stipulatâ manu quis promiserit, se ibi stitutum?
Num contra exceptionem incompetentiæ, repli-

cabitur de stipulatu? tanquam prorogaverit alienam supra se Jurisdictionem? securius cautio fidejussoria fuisset exacta: ut si iudex ordinarius fori urgeat incompetentiam, nec in prorogationem à subdito factam consentire velit, fidejussores excuti possent.

§. III. Processus deinde alius ordinarius, alius inquisitorius: de differentia inter utrumque vid. Dd. Nobis incumbit esse sollicitis, utrum & inquisitorius in causis injuriarum obtineat? Ac quoniam in foro Sax. in delictis solummodò majoribus & scandalosis, quibus Reipubl. tranquillitas læditur, accusatore non existente, Reòque presente, inquisitio specialis locum sibi vendicat, Magn. Dn. Carpz. *pr. Crim. q. 107. n. 23.* Injuriam autem inter delicta privata referuntur ideò nec contra injuriantes, nisi persona publica ratione & contemplatione officii injuriis læcessita, per modum inquisitionis procedi poterit Id. 2. *Resp. 26. n. 20.* *pr. Crim. q. 107. n. 32.*

§. IV. Dum itaq; de cœtero ac regulariter ordinariò modò procedendum, quæritur (1) quisnam agere possit, adeoque actoris vices suscipere teneatur? Ac putamus (1) omnem eum qui ipsemet sui solius intuitu, ac quantum ad personam suam læsus est, agere posse: & hoc quàm maximè. Is enim præprimis creditor est, cui actio principaliter est quæsitæ. (2) qui per alios, quos in potestate habet, est læsus, v. g. Pater cujus filius injurià læcessitus: Ubi notandum, quòd & filio, tanquam principaliter læso, & Patri tam ex suà quàm ex filii injurià detur actio. Nam filius Patri acquirit jus agendi, perinde ut usufructus, aliaque jura. In tantum, ut licet lædens nesciat, cujus hic filius sit, dummodò sciat eum esse filium. *l. 18. §. 5. ff. h. usque adeò, ut licet filius in injuriam consenserit l. 1. §. 5. l. 26. ff. h. e. patri adhuc detur: Cùm*

Pater

Pater insuper, nisi vilioris sit quam filius conditionis, remittere injuriam possit *l. 17. §. 12. 13. b. t. l. 30. ff. d. pact.* Viceversa (3) filio soli ac suo nomine competit causa cognitâ actio ex injuria quam ipsemet est passus, quando is in ejus potestate est, aut furiosus est, aut absens Procuratorem non constituit, aut quem dedit vel colludit cum adversariis, vel iis non sufficit. *l. 17. §. 10. seqq. ff. b. t.* (4) filiof. soli competit actio ex *L. Cornel.* non etiam Patricjus *l. 5. §. 6. b.* Quandoque (5) & filiof. datur actio de injuria Patri illata: Cum Pater eâ actione uti non potest, ut in *l. 11. §. 7. 8. b.* quo casu & filius agit suo nomine, quasi sibi injuria sit illata *d. §. 8. (6)* Eadem quæ de filio dicta sunt, & applicari quoque ad nepotem & avum possunt *arg. d. l. 17. §. 10. 18. 20. (7)* Ex injuria nurui illata actio datur socero *§. 2. 7. & l. 1. §. 3. ff. eod.* Præterea (8) Ex injuria filia illata non solum Patri, sed & si nupta sit, marito competit actio: modò reus uxoratum sciverit, licet, cujus uxor esset, ignoraverit *l. 1. §. 8. l. 28. §. f. b.* Idem (9) est in sponso, si sponsæ injuria illata sit *l. 15. §. 24. ff. b.* Equidem (10) & b. f. possessor, quoties is qui ei b. f. servit, specialiter in suam contumeliam est læsus, actionem habet; sed non de cœtero *l. 15. §. 47. seq. & §. 6. 7. b. t.* Illud tamen certum est, quòd (11) & is qui ipse aliis injuriam inferre, & hâc actione teneri non potest, eam tamen possit habere contra alios; quia certum est pati, v. g. furiosum, infantem, injuriam posse.

§. V. Reus contra in hoc judicio esse, & actionem injuriarum suscipere ac pati tenetur omnis ille qui (1) per se, vel per aliû injuriam alteri dolosè intulit *l. 11. pr. b.* aut (2) qui injuriantem in sua potestate habet. Sic datur contra dominû servi injuriantis. Ita tamen, ut is noxæ deditione defungi atque ab hâc actione eximere se possit *l. 17.*

§. 4. & 7. h. Sed An (3) Contra Patrem cuius filius deli-
quit, detur? quia filius ipse conveniri potest, nisi spon-
tè Pater eius suscipiat legitimam defensionem, non da-
tur l. 36. h. An (4) Contra heredem delinquentis? Nisi
lite cum defuncto contestatâ, non competet §. 1. inf. f.
d. perpet. & temp. act. & l. 13. in f. pr. l. 28. ff. h. n. t. Deni-
que (5) contra quem ulterius institui queat hæc actio, ex
iis colligi possit quæ sup. cap. 4. de subjecto & personis
tam locis quàm locidentibus dicta sunt.

§. VI. Sequitur ut de remediis tam ad impugnan-
dum quàm defendendum conceptis agamus. Ad vin-
dicandum autem hoc delictum, quia pluribus modis ac
frequentius committi solet, plura quoque remedia par-
tim Jure scripto, partim moribus inventa sunt. Ex Ju-
re scripto (1) in genere actio antiquissimis temporibus
ex LL. XII. Tabb. competiit: fuit autem iudicium pri-
vatum, quia nummaria pœnæ erant staturæ propter os
fractum; actioque civilis, eò scil. sensu quò Prætoris
opponitur: Cùm criminalis dici posset, quia propter
membrum ruptum pœna talionis erat, ob summam ejus
sæculi paupertatem §. 7. f. h. Sed pœna quidem injuriæ
quæ ex L. XII. Tabb. introducta est, in desuetudinem
abiit, ac postea (2) Prætores permittebant ipsis qui in-
juriam passi erant, eam æstimare, ut Judex vel tanti re-
um condemnet quanti injuriam passus æstimaverit, vel
minoris, prout ei visum fuerit; quæ actio honoraria vo-
catur, & hodie in judiciis frequentatur d. §. 7. f. h.
n. t. Sed & (3) Lex Cornelia de injuriis loquitur. §. 8. f.
cod. Verùm ea actio in specie ad injurias quæ manu fiunt,
sive reales pertinet. l. 5. pr. ff. h. Ac licèt olim criminalis
tantùm fuerit, tamen ex moribus perinde ac prætoria
civiliter intentari potest l. 37. §. 1. l. 7. §. 6. h. Denique (4)
mori-

moribus introducta est actio recantatoria, quam ad Pa-
linodiam dicunt, ab intentione scil. actoris, qui revoca-
ri injurias petit, German. auf einen Wiederrufflagen.

§. VII. De qua (1) Q. An civilis sit, an criminalis:
& num rei, an verò poenæ persecutoria sit? Equidem
criminales atque poenales esse, poterat inde videri,
quia actor persequitur non rem familiarem, quæ sibi ab-
sit, quia fama convitiis nec everti nec auferri potest. l.
un. C. d. famos. libell., quod autem non est ablatum, illud
non possumus persequi & repetere, D. Hahn, in Observ.
ad Wesenbec. num. 18. Unde nunc querere lubet: si forte
Mævius Titium variis diffamasset injuriis, nec Mævius
has injurias sibi illatas ad animum revocando vindica-
ret, num bonæ illius famæ macula aspergatur? Vulgus
quidem autumat, & recordor me sæpissimè audivisse:
Dieser ist ein gescholtener Mann / wir Zunftbrüder
können ihn nicht in nnsrer Zunft leiden / Verùm densis-
simis errorum tenebris horum opinio est implicata:
Nulla enim maledicentia honestorum virorum famam
collutulat l. 3. C. d. injur. l. un. C. d. famos. libell. vid. Magn.
Carpz. pr. Crim. p. 4. 9. 90. Sed enim utut fundamentum
famæ in honestate morum, vitæ probitate, aliisque qua-
litatibus positum, nec atrocissimæ injuriæ evertere pos-
sunt: quia tamen ob internum illud & nobis cohærens
fundamentum debemus externò ab aliis honore (quem
bonorum externorum maximum esse dicit Aristot. 4.
Ethic. 7.) affici, ideò qui injuriam in aliquem profert,
non tribuit ipsi quod ei debebat: qui verò quod debet
non tribuit, is damnum aliquod infert: quod damnum
uti contrariis honori verbis datur, ita illis revocatis &
honore debitò rursus exhibitò refarcitur: E. meritò ci-
vilem eamque rei (sc. famæ) persecutoriam esse dicimus
cum Magn. Dn. Struv. Ex. 46. rh. 60.

§. VIII.

§. VIII. Hinc fluit (?) Q. Utrum hæc actio cum a-
lia civili pœnali, vel etiam cum ipsa criminali queat cu-
mulari: & actor ultra pecuniariam aut corporalem pœ-
nam etiam recantationem possit urgere & exigere? Li-
cèt autem Serenissimus Elector. Saxon. Scabinus Lips.
M. Aug. 1637. peculiari rescripto cumulationem inter-
dixerit, quod refert Magn. Dn. Carpz. ad p. 4. C. 42. def.
16. id tamen in reliquis Saxoniz ditionibus juxta Jus
commune adhuc licere, testatur Magn. Dn. Struv. d. Ex.
48. th. 62. inf. Possit actor fortassis & (1) ex L. diffamari
§. C. d. in gen. manum. agere, quam ab actione injuriarum
distinctam esse, patet ex Magn. Dn. Ordinarii Richteri de-
cis. 100. sed non possunt cumulari hæc actiones in uno
eodemque libello, juxta Magn. Dn. Carpz. p. 4. C. 42.
d. 15.

§. IX. Sed cum non semper Actoris partes Ad-
vocatus tuendas accipiat, nec sufficiat quoque accusa-
re; cum multoties id fiat temerè, adeoque & innocen-
tes defendendi sint, ideo Jura reorum quoque pondera-
nda veniunt, quomodo vel ipsa actio elidi, vel certè
mitigatio pœnz obtineri possit. Pertinet autem huc
(1) generalis ista exceptio fori & incompetentiz Judi-
cis, de qua paulò antè. (2) non competentis actionis,
quòd v. g. læsus jam tum retorserit: quia enim eò modò
tollitur actio injuriarum & non superest retorquenti in-
jurias actio injuriarum, teste Magnò Carpz. Pr. Crim. p. 2.
q. 79. n. 31. Facta quippe retorsione cessat ipsa causa actio-
nis, nimirum contumelia; cessante causà cessat effe-
ctus: melius igitur est, ut ipse actionem instituat, ne detur
progressus in infinitum, qui minimè concedendus
l. 13 §. ff. d. damn. infect. l. 9. ff. solut. matr. vid. supra Cap.
VI. Non malè tamen qui calumniis abs homine audace
ae

ac Momo petitus & eo ipso ad iram provocatus se de-
fendendi causâ retorsione utitur, his verbis: Mentiris
per gulam ut nequam, ut spurius als ein Surenkind etc.
quia hisce non alterum injuriâ afficere, sed suam famam
calumniis lacesitam defendere vult; licet iræ æstu in-
census, durius etiam nonnihil loquatur, tamen excu-
satur per l. 25. v. sed si advers. junct. v. nisi forte & vers. ca-
terum ff. de Procurat. Gail. lib. 2. O. 100. Menoch. Consil. 41.
n. 10. Berlich. Concl. Pr. 64. n. 4. 5. Schrader. d. feud. ubi
pulchras rationes affert part. 9. c. 4. n. 115. vers. quod us-
que adeo verum est & seq. Schneidew. in §. in b. fidei 30.
Inst. d. act. n. 24. vers. tu mentiris in gulam. Mynsing.
Cent. 5. obs. 17. n. 3. sub fin. vers. vel tu mentiris in fur & n.
seq. usq. ad fin. Ignoscendum enim est ei qui voluit se
ulcisci provocatus l. qui cum 14. §. 6. ff. d. bon. libert. &
quia vita & fama æquiparantur l. justa 9. junct. gloss. ff. d.
manum. vind. Const. Elect. 42. part. 4. in verb. Es haben
Erbare Leute allewege das Leben und die Ehre gleich ge-
achtet etc. Decis. Elect. Saxon. 85. Ad defensionem vitæ vim
vi repellere licet, ita quoque ad defensionem honoris
injuriâ injuriâ retorqueri permissum arg. l. ut vim. 3. ff.
d. Just. & Jur. Inde infamis, si ei quis infamiam objici-
at, retorquendo & repellendo infamiam, dicere non
potest, tu mentiris. Berlich. d. l. n. 17. Sic sapius quoque
ejusmodi Zoili temerarii verbis talibus hypotheticis
adacti, in propriam secum descendunt conscientiam,
revolventes sui ex illegitimò matrimonio originem, &
per subsequens matrimonium sui legitimationem ex
ignorantiâ non attendentes, sese suumque ortum ex
vulgi opinione & judicio æstimant, & dolorem ex ver-
bis istis fervore prolatis, à verò tamen alias non adeo
aberrantibus, injuriis aliis, usque gravioribus lenire

F

conten-

contendant, quod jure non permiffum, quia requiritur, ut cum moderamine inculpatae tutelae retorsio fiat, in fuis terminis confiftat, & ulterius non progrediatur. Joh. Harppr. in §. haec actio 12. *Inst. de injur. n. 209.* Jacob. Schult. in add. ad *Modest. Pift. q. 127. n. 46. p. 3.* vel ut officium Judicis impleret, quia liberum est laeso, utrum extrajudiciali retorsionis remedio, an viâ actionis velit experiri, si verò retorsione fuerit ufus, actio ceftat quia per retorsionem actio extinguitur Magn. D. Carpz. p. 4. *Const. 46. def. 10.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 48. rh. 61. in f. ubi fuam differtat d. vind. priv. th. 44. allegat.*

§. X. (3) Quòd laesus vel non ftatim ad animum revocaverit injuriam, fed ab aliis fuerit ex odio incitatus, vel certe revocatam femel, postea remisit, five expreffò pacto, five ex signis, conversatione, falutatione & fimil. *vid. §. f. 7. b.* quæ remiffio ex actionibus familiaribus spontè habitis colligitur: ut fi injuriatus comedat, ludat, bibat, vel alias actiones familiares instituat cum injuriante Carpz. p. 4. C. 46. d. 8. Landr. *Lib. 3. arr. 31. fuper verb. oder schlägt / verb. denn dergleichen mag er ner etc.* Minimè verò hæc remiffio, five tacita five expreffa fit, Magistratui præjudicare potest quò minus injuriantem ex officio punire queat Landr. *lib. 1. arr. 68. n. 3. lit. B.* quia factum partis Judici obesse non potest, per jura vulgata. Quòd si verò contingat ut injuriatus & injurians casu quodam inopinatò inter sese convenient, citra injuriarum remissionem prandere, canare & bibere possunt. Damhaud. in *Pr. Crim. Tit. 136. de injur. circ. fin.* Aulici hoc in casu pocula injuriantis, more aulicò auf Hoferecht h. e. citra præjudicium actionis vel causæ injuriantum accipere solent. Sie trincken einander auff Hoferecht zu / und nehmen den Trunck auf Hoferecht an Gall. d. *Arrest.*

d. Arrest. Imp. c. 14 n. 9. Patet ergo ex hisce prædictis, quod injuriatus ex necessitate officii cum injuriante conversari, vel ex amore Christiano rancorem remittere possit ac debeat, salvâ injuriarum actione Magn. Dn. Richt. *Reg. 2. n. 70.* Hic quaero cum Dd. quid statuendum sit de eo qui in extremo mortis articulo constitutus coram Ecclesiaste omnibus debita remisit, veniamque in templo per Sacerdotem precatus est, & postea reconvalescit, an ipsi ad eam non detur regressus? Quam quaest. hac limitatione cum Magn. Dn. Richt. *Reg. 2. n. 72.* & Schneidw. *Comm. Inst. ad S. f. n. 7.* expedito: Aut enim quis remisit solum rancorem, qui animo infidet, quod cuilibet incumbit Christiano *c. si quis contristatus 10. distinct. 90.* & hoc casu actio injuriarum manet salva. Non enim injuriam, sed tantum odium & animi rancorem remisisse videtur: Mynsing. *Cent. 4. O. 10.* Aut remisit expressè actionem injuriarum, & tunc planè sublata censetur. In casu autem dubio ægrotus tantum rancorem animi remisisse, & actiones sibi competentes ratione damnorum & ejus, quod interest, reservasse præsumitur *l. 17. §. 1. ff. d. pact.* Non enim alteri injuriam facit, nec vim aliquam infert, qui Jure sibi concessò utitur, ac facit id, quod leges permittunt, *l. nullus 55. & l. factum 155. §. non videtur 1. ff. d. R. J.*

§. XI. (4) Quod reus non seriò aut animò injuriandi, sed per jocum fecerit, *l. 3. §. 3. b. l. 3. §. 2. d. O. & A.* aut lusùs gratià, *l. 3. ff. d. serv. corrupt.* Unde & (5) si reus statim se declaret, quod non nisi honestè de actoris existimatione sentiat, audietur, vid. Magnif. D. Carpz. *Pr. Crim. q. 97. n. 14. eundem p. 4. C. 42. def. 11.* quod tamen limitatur in *Ordin. Cur. Provinc. Jen. cap. 33.* Jedoch soll dieß beneficium oder Erklärung allein in levioreibus, auch

auch nur in solchen Fällen statt haben / da die Wort / so
Kläger vor injurien anziehen thut / etlichermassen zweif-
elhaftig / dunkel / ambigua, æquivoca, oder zweyfachen
Verstandes / also daß sie in bonam & malam partem könn-
en verstanden werden / im gegentheil aber / und wenn
die geklagte Schmähung gar zu grob und abscheulich /
die Worte auch per se injuriosa seind / so soll Kläger eine
bloße Erklärung wieder seinen Willen von Beklagten
anzunehmen unverbunden seyn. It. (6) quod tempus
agendi elapsum, adeoque Juri actoris præscriptum sit:
durat autem Prætoria unico annó l. 5. C. h. verbales enim
injuriæ Jure Civili & Sax. annali præscriptione tolli ex-
peditum est, ex *Const. Elect. 46. §. ult.* & procedit non tan-
tüm in injuriis verbalibus, sed etiam scriptis *d. Const. §. ult.*
verb. die andern schriftlichen Injurien sollen den wörtli-
chen gleich durch Verfließung eines Jahres præscribiret
seyn / live civiliter live criminaliter agatur. *Mynsing. Cent.*
5. O. 7. n. 2. *Carpz. ad d. Const. def. i. item def. 3.* asserit, quod
illud augmentum sex septimanarum & dierum, quod Jus
Saxon. præscriptioni annali addidit, præscriptio inju-
riarum civilis non agnoscat, quia actio injuriarum odio-
sa, adeoque potius restringenda quam extendenda esset
c. odia 15. d. reg. jur. in 6ro. rectè igitur Oldendorp. class. 7.
art. 10. n. 7. dicit: malo in hujusmodi causis autor haberi
oblivionis, quam diuturni judicii, quia nunquam
tranquillitas Reipubl. feliciter constare potest, dum Ju-
dicia scatent litibus injuriarum, præsertim inter multos,
vel præcipui nominis viros. Possent hæc exemplò quo-
dam horrendò (utor verbò Oldendorpianò) illustrari,
nisi Thrasybuli amnestia a proposito revocaret. Actio
autem ex *L. Cornel. perpetua est, juxta §. sed & lex. Inst. de*
injur. vid. Gail. L. 2. obs. 104. *Mynsing. Cent. 1. obs. 84.* Ol-
dendorp.

dendorp. *class. 7. act. 10. n. 7.* Aliz quoque innumera à sagacibus Advocatis in salutem ac gratiam Reorum sunt excogitatae exceptiones, quas mihi in præsens non lubet persequi.

§. XII. Intentio actoris est, ut fama & existimationi suæ consulatur, & reus temeritatis poenam luat, aliique per exemplum absterreantur: unde non solum tumtus judicarios, sed insuper petit multam quanti aestimat injuriam. Magnif. Dn. Struv. *th. 59.* & hoc quidem sicciviliter agatur: quòd si criminaliter agatur, poenam vel fustigationis, vel relegationis, vel aliam infligi petit. Magn. Dn. Struv. *th. 62.* Forma in causis injuriarum verbalium potest esse talis: P. P. Ob zwar N. N. sonder allen Ruhm / die Tage seines Lebens sich aller Erbarkeit und Tugend bestiesen / sein Ambt und Leben bey männiglich unverweßlich geführet / so hat doch dessen ungeachtet / seinen ehrlichen Nahmen hinter den Rücken zu calumnien zu injuriren und zubeleidigen böshafftiger Injuriant N. N. sich unterfangen / auch solche injurien an einen Orthe auszustossen sich nicht ersättiget / sondern als lenckhaben sich reperendo damit belustiget. Wann denn in *Legibus und Sanctione Electorali in Ord. Polit. d. anno 1612. sub tit. Von Justiz sachen n. 5. vers.* dagegen wenn ein privatus &c. klärlich versehen / auch bey hoher Straffen solche schändliche Verleumbdung verboten / sich auch injuria solche zum höchsten ad animum revociret, weiln gütt Gerlicht und ehrlicher Nahm das Edelste Kleinod; Als hat injuria unvermeidlicher Ehren nothdurfft nach contra böshafften injurianten Klage anzustellen nicht umbgeben können / imploriret demnach hiermit injuria Nobilissimum Judicis officium, gedachten Injurianten vor Gericht zu citiren / vor solche ausgestossene injurien vollstän

vollständige Antwort zugeben / und dann im Rechten zu erkennen / daß Injuriant unrecht gethan und böshafftig Injuriati famam, quantum ipsi possibile fuit, spirciren wollen / auch Besl. dieferwegen nach Befindung der Umstände in eine ansehnliche Geldstrafe / solche ad pios usus oder sonst in gemeinen Kassen / andern zur Abscheu zu erlegen / cum refusione expensarum zu condemniren, darumb Kläger nochmahln mit Anrufung des Hochw. Richterl. Ampts zum fleißigsten bittet / super omnibus & singulis petens sibi Jus & Justitiam administrari.

§. XIII. Quoniam autem non sufficit dicere, accusare, pœnam urgere, sed probandum insuper est, ideò si reus neget vel ipsum factum; vel animi malignitatem, arguendus & convincendus est, vel probatione sufficienti, vel, si verba in se sint odiosa, præsumtio est pro Actore contra reum, & purgare hic se necesse habebit l. 5. C. h. Magn. Dn. Struv. th. 54. Quæritur autem hic (1) An Reus ad juramentum purgatorium, quod non habuerit animum injuriandi, sese offerre & purgare possit Et rectè videtur affirmandum, quòd reus excipiens, animum injuriandi se non habuisse, admittendus sit ad juramentum; ne innocentix demonstratione oculari destitutus, immeritò condemnetur; si modò ab initio statim litis, hæc exceptio opponatur, & præsumptione aliqua firmetur, teste Magn. Carpz. lib. 2. Resp. Elect. Resp. 66. 67. & Jurispr. Forens. p. 4. C. 42. def. 9 Magnif. Brunnem. in C. l. 5. h. t. Ut disertè quoque hoc sancitum in Provinc. Saxon. per Ordin. Process. judic. Tit. 19. §. wenn nun et uer vers. Also auch wenn einem das juramentum purgatorium zuerkandt wird / als in injurien Sachen / daß der Beklagte animum injuriandi nicht gehabt etc. Verùm hæc

hæc quæ dicta, non universaliter sunt accipienda, nec ad
cujuslibet injuriantis petitionem huic juramento lo-
cum dabit Judex, sed tum demum, si circumstantia vel
conjectura aliqua præsumtionem injuriæ, quæ regulari-
ter reus gravatur, cessare faciat. Non facilis ergo, sed
providus & circumspèctus esse debet Judex, consideran-
do personas, locum & tempus, à quo, ubi & quando
injuria facta sit, monente Gailiò *lib. 2. O. 106. n. 5. l. aut
facta 16. §. persona 3. ff. de pœn. l. Const. Elect. 22. part. 1. vers.*
Man hat sich aber verglichen/dasß justâ ex causâ in civili-
bus solches juramentum ex officio ein Richter befugt sein
solle zu erkennen / als wenn der Kläger hette einen groß-
sen Verdacht bewiesen etc. Si enim indifferenter admitte-
retur ad præstationem juramenti, fraus adinventâ esset,
quâ quilibet, non absque periculo perjurii, facillimè ab
actione injuriarum se liberare posset Nicol. Boer. *decif.*
86. n. 4. ne dicam, quòd sæpè delictum injuriarum reman-
neret impunitum, secus atque utilitas Reipubl. exposcit.
l. in delictis 4. §. cum dominus 2. ff. d. nox. act. l. si longius 18. §.
1. ff. d. judic.

§. XIV. Utrum verò Reo in causis injuriarum jura-
mentum judiciale deferri possit? quæstio non minoris
gravitatis est apud JCtos: & videtur quidem delatio non
admitti posse in ejusmodi causis, ex eâ ratione quòd æ-
quiparentur capitalibus *l. justa causa 9. ff. d. manumiss. vind.*
l. isti quidem 8. §. pen. ff. quod met. caus. nec concedendum
esse ut vir honestus omninò vel jurare vel famæ & exi-
stimationis periculum subire cogatur. Verùm juxta
effatum Ulpiani JCTi, hisce prolatum verbis, omninò ad-
mittitur juramenti delatio: Hæc lege, inquit: permit-
titur actori jusjurandum deferre, ut reus juret injuriam
se non fecisse *in l. lex. Cornel. §. hâc lege 8. ff. h. n. r.* Ex qui-
bus

bus satis liquescit, in actione injuriarum non absurdè de-
ferri juramentum, prout colligit Bernh. Grav. Item ex-
pressè dicit in *l. nam posteaquam* §. 2. Si damnerur quis
post jusjurandum ex famoso judicio, famosum esse ma-
gis est; Expedite igitur hinc resolvitur, quòd in actione
injuriarum civiliter sive ad æstimationem directà, jura-
mentum Judiciale injurianti liceat deferre: quam sen-
tentiam quoque tuetur Magnif. Dn. Carpz. *lib. 3. Resp.*
Jur. Elect. Resp. 44. Coler. *p. 1. decis. 141. n. 13.* Berlich. *part.*
1. concl. 29. n. 42. Si verò criminaliter, nimirum ad palin-
odiam & pœnam infligendam actor experiri velit, neu-
tquam hæc juramenti delatio locum habebit. Wesenb.
in paratit. ff. d. Procurat. n. 5. Etiam si actio injuriarum
ad palinodiam pœnamque arbitrariam directà, non sem-
per in foro Saxon. pro criminali habetur, siquidem de
jure Saxon. demum criminales vocantur, quæ ad pœ-
nam corporis afflictivam tendunt, ut demonstrat Magn.
Carpz. *in p. 3. q. 102. n. 27.* & multis seqq. Coler. *part. 1.*
decis. 22. n. 7. & seqq. Moller. *lib. 2. semestr. 1. n. 1.* rarissime
autem injurianti pœna imponitur corporis afflictiva; at-
tamen cum ad graviorem pœnam deveniri queat, pro-
pter aptitudinem & incertum eventum non malè inju-
riarum causa inter criminales ac capitales refertur.
Quin & licet criminalis non sit actio ad palinodiam, pœ-
nalis tamen est carceris, pecuniæ vel etiam relegationis
multâ inferens, in quâ non magis audiendus, quòd jura-
mentû deferre velit; propter metum perjurii ad pœnam
evitandam Coler. *part. 1. decis. 131. n. 9.* Multum igitur aber-
rant Advocati, qui actionem ad palinodiam cum pœnali
arbitraria conjungunt, & tamen jusjur. deferunt: ut vidi
libellum in causis injuriarum verbalium & realium ubi
reus actorem lapidibus & verbis injuriosis atrociter pro-
secutus

Iecutus erat; & quia solos fuisse, neminemque presentem
qui testimonium perhibere posset, præcedebatur, Advoca-
tus hunc in modum in libello petierat, weils aber Be-
klagter sich auf sein gutt leugnen verlässet/ und mir/ weils
wir alleine gewesen/ an Beweiß ermangelt; Als kan ich
andere nichts/ deficiente probatione, als daß ich den Fre-
veler diese meine Klage in sein besser Wissen und Gewissen
schreibe/ dann mit Gott und gutem Gewissen bezeuge ich/
daß er diesen Frevel wieder mich vorgenommen. Implor-
te demnach Nobilissimum Iudicis officium, mich in gebüh-
renden Schutz zunehmen/ Beklagten sein Gewissen ruhret
und die Sache dahin zu verabscheiden/ damit mir nicht al-
leine gerichtliche Abbitte und Wiederruff geschehe/ sondern
auch amüßsame caution de non amplius turbando aut of-
fendendo bestellet/ alle verursachte Unkosten refundiret
werden/ und Freveler andern seines gleichen zum exem-
plarischen Abscheu zu gebührender Straffe gezogen wer-
den möge/ hieran befördern etc.

Iudicis officium consistit in eò, ut (1) potissimum stu-
deat amicabili compositioni, de qua sup. cap. VI. inf. dictum.
(2) ut injurias taxatas moderetur & actori adjudicet §. 7. J.
C. l. 5. §. 2. 25. 34. ff. h. t. Magn. Carpz. pr. crim. q. 95. & sic de cæ-
tero reum condemnet, vid. Schneidew. ad d. §. 7. J. n. 3. &
seqq. Quòd si verò injurians & sic reus non sit solvendo:
Qu. an hoc casu Judex possit mutare poenam civilem in
criminales? Affirmat id Schneidew. ad d. §. 7. n. 7. qui enim
non habet in ære luat in corpore l. 35. ff. h. t. l. 1. inf. ff. de
pen. l. ff. d. injus voc. Subsidiarium præbeat tergum, cui non
suppetit pecunia, dicit Zasius. Verùm recipit aliquot limi-
tationes hæc regula, & locū habet in obligatis ex delicto,
non verò ex contractu: item in personis vilibus, aliisque
infimæ conditionis hominibus; non Nobilioribus, aliisque
honestis viris, Magn. Dn. Brunnem. in C. l. 4. d. serv. fugitiv.

G

mini-

minimè autem in minimis delictis procedit; quia propter
leves transgressiones pauperes non sunt in corpore puni-
endi *l. perspicendum* 11. *ff. d. pœn.* porro limitatur hæc regula
ut habeat locum in pœna ordinariâ & expressâ à lege, non
autem in pœnâ extraordinaria, ut multatâ: nam tunc re-
mitti debet pœna pecuniaria *l. illicitas* 6. *S. f. ff. d. off. praef.* Et
hoc casu prodest paupertas, sed ab hoc prodesse liberet
nos Deus! ut inquit Cyn. *l. si quis ad declinandum* 49. *C. d. Episc.*
& Cleric.

§. XV. Effectus est (1) à parte Rei, quòd sic condemnatus
injurii atrocioribus fiat infamis *l. 1. l. 4. S. ult. ff. d. his qui nor.*
inf. l. 7. ff. d. publ. jud. l. 10. & 18. C. ex quib. caus. infam. quod
tamen sub hoc temperamento procedit, nisi Judex ex-
pressè in sententiâ honorem condemnato reservet; quod
in praxi satis usitatum & in Camerâ receptum est. Gail. 1.
O. 65. n. 6. & fit hæc reservatio plerumq; si injurians est o-
pifex & in aliquo Collegio constitutus, ne ex eo tanquam
infamis exterminetur. Wesenb. *π. n. 18. h. r.* vel etiam nisi
reus per Procuratorem litiget; nam tum infamiam Juris,
non æq; facti, evitare potest *l. 6. S. 2. d. his qui nor. inf.* Gail. 2.
Obs. 102. n. 7. quod tunc procedit, si civiliter agatur, secus si
criminaliter, quia tum Procurator intervenire nequit *l. ult.*
C. d. injur. b. f. ff. d. furt. l. ult. ff. d. priv. del. Quid verò dicen-
dum de transigente super injuriis datò pretiò? Infamis ille
fit *S. 2. Inst. de pau. rem. litig. l. 4. S. ult. d. his qui nor. inf.* ratio est,
quia confiteri crimen videtur, qui paciscitur *l. 5. eod.* Secus
in transactione super injuriâ, autoritate Judicis factâ, aut
quæ fit gratis, quo casu non fit infamis Gail. 2. *Obs. 102. n. 13.*
& 17. Si verò ob levem injuriam sit condemnatus, huma-
nius est, eum non effici infamem, dicit Harppr. *ad S. 10. Inst.*
d. injur. dissentiente Gail. 2. *Obs. 102. n. 6.* vid. Magnif. Dn.
Carpz. *q. 94. n. 7.* (2) A parte Actoris autem, existimatio sic
restaurata necesse est, quo sine etiam obtentiò, acquiescit.

intra

Et

Et ita mihi etiam in hac materiâ, prolixius extenden-
dâ, quiescendum esse video, ne Lectori benevolo, cujus-
cumque etiam sit ordinis ac dignitatis, pagellis meis sim
molestus, ejusque benevolentiam, quâ meam hanc dis-
sertationem dignatus est, injuriâ afficiam, incurrens in
id vitium quod Legibus omninò omnibus tam divinis
quàm humanis adversum esse demonstravi. Terminum
igitur figo præsentis dissertationis, eâ qua par est humani-
tate rogans omnes & singulos, quotquot pagellas hæc
evolvent, ut me ab omni injuriâ absolvant, si fortè quæ-
dam injusta Jure atrò carbone notavi, idque non injuriâ.
Non enim hunc intendi sinem in conscribendâ hæc disser-
tatione, ut cuiquam injurius essem, aut ejus facta ego
privatus carperem & ita famam redderem infamem: Sed
hic est scopus, ad quem respexit meus labor, ut LL. de
hac materiâ agentes explicarem, explicatas exemplis il-
lustrarem, illustratas parallelismò aliarum LL. confirma-
rem, quò exactiori scientiâ instructus, absque injuriâ ju-
stè & legitime bonas causas aliquando defendere, malas
verò explodere in foro possem; Secus verò si quis de hac
meâ dissertatione ejusque intentione senserit, sciat is, se
côntra Jus me injuriâ afficere maximâ, neque Justitiæ;
quâ unicuique suum tribuendum est, sincerè litare. Nec
mihi persuadere possum, omnes minus benignè & inju-
riose judicaturos, sed omninò spero, imò confido, candida
& ingenua pectora debitâ, quâ par est, curâ omnia ponde-
rantes benigna judicium mihi impertitura, & suâ favorabili
benignitate ad majora incitatura, ad quæ certè inflamma-
bor, si lætior modo ditioreq; fortuna iniquitatem hæcenus
novercantis mihi fortunæ impedierit. Hoc si impetrave-
ro, omninò erit, de quo mihi gratulabor, nihil curans
Momi rabidos conatûs, non ignarus, omnibus placere



esse placere nemini. Ne verò frustra Momus latratūs
suos sit exsecutus, en capiat encomium sui laboris, quod
distichon illud perantiquum attribuit

MOME, IN SEDECIMO PIUS, IN QUARTO IMPI-
US; INQUE
OCTAVO SAPIENS; STULTUS ET IN FO-
LIO ES.

ADDITAMENTA.

Corollarii locò *Qr.* etiam: An in quovis Collegio semper majora
vota concludant? Affirmari quidem posse videtur, verum ut
non sufficit ad confirmationem electionis, quòd sit facta à majori
parte, nisi etiam illa pars sit sanior *c. 57. X. d. elect.* Ita quoq; meritò
Negatur, quia Collegium potest vix tribus sanioribus sive peritis &
novem imperitis consistere, qui partim ex ignorantia, partim metu
disgratiæ, ad nutum illius, qui plurimum in illo Collegio pollet, om-
nia affirmant, & idè non immeritò sanioris partis votum, licet
duobus vel unà personà consistat, modò duorum Doctorum autho-
ritate nitatur, præferendum toti Collegio, ne per hanc Regulam
abusivè intellectam à talibus Judicibus injuria partibus inferatur.

Qr. An etiam alium contra vim jure Legibusq; defendere lice-
at? Affirmatur id ipsum ita, ut si aliter is liberari nequeat, aggressor
occidi possit, *per rex. express. D. H. D. arr. 150 vers.* Item so einer zu
Rettung eines andern Leib und Leben oder Gutt jemand erschlägt etc.

Statuta Opificum quibus prohibent, ne quod unus cepit, al-
ter periciat, (bas was einer angefangen oder zugeschnitten, der ander
nicht aufmachen dürffe) non valent.

Jus illud consuetudinarium quòd ambienti Parochiam vacantem
patet aditus, si defuncti Ecclesiæ Ministri viduam vel filiam duxerit
uxorem, summā nititur æquitate.

Spurius potest fieri Doctor aut Magister ut Añus homo, *Petr.*
Heig. P. 1. q. 21. n. 59.

LEGUM

LEGUM SACRARUM

ADMIRATORI

GERBERO,

Jurium Cand. dignissimo

felices in stadio hoc progressus

apprecatur

&

gratularatur

GVERNERUS ROLFINCIUS,

Phil. Med. D. P. P.

Decanus, Senior & p. r. Academiae

RECTOR.

Ita est: Ei tantum fluunt feliciter
conamina laude digna maxi-

ma, cui

comites, labor tenax, studium
fervens simul

& suada dicendi donis rite emi-
nens.

G 3

Ex-

Excellis his GERBERE ! ma-
gnis dotibus,
ostendis id claris notis, dum IN-
JURIAE
natura quæ sit, publicò scriptò
explicas.

Haut tua lædatur verbis bona fama malignis,
Sed famam servet sedulus hicce labor!

His æphoræ Eximio Dn. Autori

GEORGIUS ADAMUS *Struve/D.*

J. J.
ADRIANUS BEIERUS, U. J. D.

GERBERO SUO JURIIUM CANDID. S. P.

Praxis absque Theoria periculosam; sed & Theoriam absque
Praxi sterilem esse, tritum inter eos qui juri operam navant,
est proverbium: amicò utramque conjugio sociandum esse in-
cipiens: Ne, dum alterutri tantum litamus, vel Scholæ, non vitæ civili
didicisse; vel cruda adhuc studia sine fundamentis, periculosâ satis
audaciâ, in forum propellere videamur; illo casu ne nobis quidem
profuturi; hòc insuper aliis nocituri. Id dum recolo mecum, vitio
Tibi vertere nequeo de Injuriis, triti alias commatis materiam, in
argumentum disputationis publicæ mihi exhibitam. In qua tamen
elaboranda, nec Scholasticos recessus & industriam, nec forenses
aufractus & prudentiam neglexisse te deprehendi. Postquam enim
publico bono & vitæ civili te jam olim, mancipasti, benè agis, quòd
argutias Justinianici juris, quas aliqui affingunt ipsi, ita respicis, ut
in

in succum & sanguinem vertas, ad ulum olim transferre & in praxi quoque adhibere valeas. Haustus namque ex Beato Parente Tuo Philologiae, jactis in Philura Philosophiae atque Jurisprudentiae fundamentis, visis quoque ipsius actionis atque fori praludiis, ad nostras Athenas, tanquam postliminio reversus, prudenti consilio, theoriae praxeosque, quod dixi, conjugium impleturus, talem tegeris, ut utrique te pares. Quin testatur elaboratio thematis, Dispositio & methodus, ad utrumque Te paratum. Contenta ipsa non ex meris praedictorum compilatoribus confarcinata, sed Justinianum ipsum ejusque leges redolent: nec mera tamen antiqua & patriis moribus peregrina sapiunt, sed & ex foro, cui ipse interfuisti, quid est inpersum. Utrumque ita temperatum, ut praesidium me non puduerit. Id unum ago, ut de specimine hoc, & industria, etiam in vulgari materia adhibita, tibi gratuler, & benigniorem posthac adprecer fortunam. Benedicat DEUS Studiis Tuis, eaque ad divini nominis sui gloriam, oppressorum salutem, Tuumque emolumentum vergant. Quantum in mea erit tenuitate, nihil ad ea promovenda Tibi erit negatum. Vale, atque bene rem tuam agere perge. Dab. Jen. d. 19. Aug. 1666.

Injustum ut fugias, discas injuria quanam,
Id quod GERBERUS planum facit ore rotundo.
Quisquis es, hunc ductum sequitor: tutissimus ibis,
Nec Te decipiet speciosi tramitis astus.

App. Claritas Eximia praedito Dn. Autori, Amico

& FAVORI honoratissimo

M. CAROLUS LUDOVICUS Stromeyer/Ulm.

VIRO CLARISSIMO

DN. DAVIDI GERBERO, LAUBA-LUSATO

Jurium Candidato Dignissimo

De ardua Injuriarum materia pereruditè scribenti.

DEUM famamq. faventem!

Dum Juris cultor montras, injuria jure

Quid distet, juris das bona signa tui,

Ut Mæcenates videant, Mibi dulcis AMICE.

Injusto spretò quod pia jur a colas.

Consili-

Consilium pulcrum est, laudat censura Salanae
Non poterat Phoenix tu magis esse tibi,
Macte animo, macte ingenii praestantibus ausis,
Perge age, suppressa consule iustitia

fovet amore intensissimo

M. JOHANNES MARCI, Gufr. Mechlenb.

Te quondam audivit Sophicè *Philyréa* locutum
Pro cathedrâ Sophies, nec sine complacito.

Te nunc mirantur Themidos quoque templa, superbit

Alma quibus legum, nostrâ *Salana*, parens.

Illa suos equidem Tibi tunc fecisset honores;

Ni in causâ patriæ flamma fuisset atrox:

Hæc tamen ipsa Tibi majores, ominor, illis

Mox dabit; ecce! suis quos dat amica Themis.

*Hicce Clarissimo atq; legaliter Docto dissertationis hujus
de Injuriis Dn. Autori, Concivi & Amico suo undi-*

quaq; singularis exempli congratulabatur


SIGFRIDUS HAGENDÖRNIUS, LL. Cult.

MDXCVII.

Wer offte den Schlaf verjagt /
Und nur auf Kunst und Wissenschaften denket /
Den ehrt Catonen Sohn /
Parnass und Helicon
Sind seine Burg / wann ihm ein Neider fräncket.
So auch sein grosser Fleiß
Herr Gerber und der Preis
Beym Pinden Chor / erhellet aus der Schrifft
Die Er recht klug von Schmähen hat geschrieben /
Auch wie zustraffn / dieses Laster lieben.
Er fahre fort / Ihm schencke die Ehren Cron
Apollo bald / und noch viel grössern Lohn.

Mit diesen wönigen wolte dem Herren Ubrhebern
dieses / als seinen wohlgeneigten Landesmann
glückwünschend aufwarten

Isaac Balthasar Möller.




ULB Halle
005 132 576


3



V017







ANNUENTE DEO T. O. MAXIMO:

Authoritate atque suffragio

Inclyti Jctorum in Illustri ac Flo-
rentissima ad SALAM Universitate Collegii:

MODERATORE

Nobilissimò, Amplissimò, Consultissimò, Excellentissimò

DN. ADRIANO BEIERO,

J. U. D. famigeratissimo,

Patronò, Præceptore atque Hospite suò, singularis observantiæ
cultu perpetim devenerandò

PERICULUM LEGALE ACADEMICUM

DE

INJURIIS

minimè

INJURIOSUM

*Placide Eruditorum disquisitioni
submitteit & exponit*

DAVID GERBER, LAUBA LUS.
A U T O R.

Ad diem Augusti

Locò horisque consuetis,

ANNO CHRISTI cbs lxxvi.

J E N Æ,

Literis Johannis Jacobi Bauhofferi.

8.
1666, 10
153
MN

